




Universitätsbibliothek Mannheim

Divre ha-yamin u-fetirato shel Mosheh

Gaulmin, Gilbert

Parisiis, 1629

urn:nbn:de:bsz:180-digad-1542




BIBLIOTHEK
DES BILLONS
MANNHEIM

6 B.

of 81
171

H 453 D66

a
139



bonus professa parif. Societ. Seph

דברי הימים
ופטירתו של מרעה

DE VITA

ET

MORTE

MOSIS.

LIBRI TRES.

GILBERTVS GAVLMYN

Molinenfis ex M S. exemplaribus.

Primus Hebraicè edidit, Latina

interpretatione & Notis

illustravit.



PARISIIS,

Apud TVSSANVM DV BRAY, via
Iacobæa sub Spicis maturis.

M. DC. XXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



Faint handwritten text at the top of the page, possibly a title or date.

DE VITA
MORTE

BIBLIOTHEK
DESBILLONS
MANNHEIM

LIBRARY
DESBILLONS
MANNHEIM



PARIS
MDCXXIX



ILLVSTRISSIMO
S.R.E. CARDINALI
PETRO
BERVILLO



ILLVSTRISSIME
Cardinalis,

*Infelix eruditio
est scire quod multi nesciunt;
etiam periculosa scire quod
omnes ignorant. Sive quia mul-*

ã ij

EPISTOLA.

eorum inuidia obnoxij sunt, qui
 multorum ingenia superant,
 siue quia illi maxima semper
 oderunt, qui minima vix asse-
 quuntur. Huius ego veritatis
 testes adducerem, nisi tu ipse
 Illustriss. Card. nobile posteris
 argumentum esses, plurimos
 ingentia qua imitatione profe-
 qui non potuerunt, odio profe-
 quutos. Exemplo erit ille tuus
 felicitatis sue intelligens ani-
 mus, illa pura & ab omni labe
 splendida mens, ardua & cu-
 piditatibus intacta virtus, ex-
 celsa & proxima caelo pietas,
 immensa denique & supra ho-
 minem eruditio, qua omnia in-
 uidos non modo non deterrue-
 runt, sed fecerunt. horum alij

EPISTOLA.

*superba ignorantia ut tecum
 contenderent, plures insidiosa
 pietate ut se aquarent, aut gra-
 tiosè ledere, aut officiosè nocere
 voluerunt. Sed tu nobile & iam
 olim compositum ad superos in-
 geniura tuum ad istius homi-
 num generis & spectaculum &
 contemptum concinnasti. Ita-
 que illos omnes securè prætergres-
 sus aut transiisti, aut emen-
 dasti. Fidem Orbi faciet Tuus
 ille Liber quo aternitatis arca-
 na scrutatus ignotam in terris
 Christi Servatoris Vitam pri-
 mus asseruisti. Illum ego supre-
 mum pietatis conatum, aper-
 tam sanctitatis viam, & ulti-
 mum Religionis fastigium vo-
 care soleo. Certè si pietas Dei*

EPISTOLA.

cognitio, sanctitas retributio,
Religio cum eo religatio est,
quod Platonici concedunt, ne-
mo umquam melius cognouit,
pleniùs retribuit, fortiùs religa-
uit. Nolo ire per singulas lau-
des tuas, ne aut adulari videar,
aut saltem submissè dicere. Ali-
ena sunt ab ingenio meo hæc vi-
tia; nam submittere me non
projicere soleo, & qui ornatè lo-
qui possum, verè loqui cupio.
Iam hoc pietas tua, hoc eruditio
sunt assequuta, ut inter Eccle-
sie bona numeremus vitam
tuam, olim inter festa mortem
numeraturi. Erit illa dies cum
humanitatis legibus liber inter
vindicatos calites vota morta-
lium audies, totque illa virtu-

EPISTOLA.

tes tuas quas in pallio quondam
 mirati sumus, nunc in purpu-
 ra veneramur, publica fasto-
 rum auctoritate proponentur.
 Imitabitur qui poterit, nobis
 admirari sufficit, quodque pau-
 cis contigit, admirationis causas
 non ignoramus, ideoque te in
 publica feleicitatis partem non
 cunctanter vocamus. Sit su-
 pra Regnum fortune ille cuius
 nomen nunc laus est, Richelius,
 bene patria, bene nobis quod ca-
 pacissimum pectus semperq; sui
 plenum ferocibus curis indulget,
 quod terrarum Orbem in no-
 stra commoda, aut consilijs fa-
 tigar, aut artibus sollicitat, aut
 viribus domat. Interea urget
successus suos inuicta fortissi-

EPISTOLA.

*mi Regis virtus, & quod felix
 faustumque sit Oceanum pedi-
 te calcat, Alpes equite frangit,
 & mutatas rerum vices ad
 Galliarum obsequium cogit;
 sed tamen quidquid ille pru-
 dentia incepit, hic virtute per-
 fecit, tu precibus impetrasti.
 Nec enim hac publica felicitas
 sine numine nobis contigit, cuius
 pacem alij omnes postulant, tu
 solus obtines. Sic in eo quem
 tibi offerimus libello, explorabat
 sapientissimè Caleb, vincebat
 fortissimè Iosue, sed & explo-
 ranti & pugnanti Moses ade-
 rat, faxit Deus ut hoc vin-
 culo res Gallica eternum stet
 ac floreat, vobisque illorum an-
 nos tribuat, quorum decora ex-*

EPISTOLA.

hibetis. Ita, Illustr. Cardin. sit
semper quod tu feliciter petas à
calis, sit etiam quod illi feliciter
gerant in terris. Vale, Illustriss.
Card.





GILBERTVS

GAVLMYN

LECTORI. S. D.

RABBINICVM opus,
id est nullius auctori-
tatis, sed maximæ an-
tiquitatis scriptum e-
dimus, saltem traditionum vetu-
statem infitias non ibit, qui Mi-
chaëlis cum Samaële contentio-
nem Iudæ Apostolo cognitam
aduertet. edendi causa fuit indocti
hominis pertinacia qui mihihuc
librum laudanti, cum apud Iu-
dæos exstare negavit. Liberare fi-

LECTORI.

dem meam volui, utq; plenius re-
 ponerem Latinam interpretatio-
 nem addidi, etiam notas quas in-
 ter legendum dictavi. In illis ta-
 men priscae Iudæorum sapientiae
 non leuia monumenta deprehen-
 des, quæ si, ut decet, acceperis, est
 quod tibi plaudas, sin minus per
 me licet, contemnes. Non inso-
 lens huius ætatis morbus est, auda-
 cter illa contemnimus, quæ non
 intelligimus. At vos ô seri Nepo-
 tes intelligite me in ea tempora
 incidisse, in quibus aut virtutis
 meæ non meminisse aut pœni-
 tuisse oportuit.

Æstimet hinc Drusi sacula posteritas.
 Vale Lector. Si litteras amas solus
 aut cum paucis es, & tamen vnus
 melior hac turba. Iterùm vale.

Extrait du Priuilege du Roy.

PAr grace & Priuilege du Roy, il est permis à Toussainct du Bray Marchand Iuré Libraire à Paris, d'imprimer ou faire imprimer, & exposer en vente *Plusieurs Manuscripts des langues Orientales, Entre autres, de Vita & Morte Mosis & Aaronis parabole Indica, Aethiopica, Hierosolymitana & Historia Totarica Libri tres:* Et defenses sont faites à tous Libraires Imprimeurs & autres de les imprimer, contrefaire ny alterer, sans le consentement dudit du Bray, & ce pendant le temps de neuf ans entiers & accomplis, à peine aux contreuensants de quinze cents liures d'amende, confiscation des Exemplaires contrefaits, & de tous les despens, dommages & interests: ainsi que plus à plein est cõtenu aux lettres de Priuilege données à Paris le 28. Iour de Decembre 1628.

Par le Roy en son Conseil.

Signé.

RENOVARD.

A Mice Lector Hebraica occupatissimo Auctori inspicere non vacavit, omnia tamen errata ex interpretatione Latina mediocriter in ea lingua doctus facile corriget quam in Latinis Typographus peccavit, sic emendabis.

P. 8. speculatore. lege spiculatore. 17. linea 1 multa lege vultu.
20. pro viduitatis. lege viduatis. 22. collorate l. collocare. 28. nominis l. numinis. 30. post vocem curabant. adde. itaque percussit eos scabie, vt calentes eius v: ac pruritu cutem fricarent.

32. post vocem inimicis, adde, meis. ibidem est transpositio, sic leges. quid vos Iudaeorum missionem persuadetis. Tunc Aegypti primogeniti rapto quisque gladio.

34. inde violati sepulchri obiecta iniuria. legebam 'מְנוּחֵי & intelligebam de Prophetarum sepulchris quae singula singulae tribus ferebant. Sed MS. vnius litteram mutatione locum sanat pro 7 posito. 7. מְנוּחֵי id est contra Dominum

46. oratio, lege orant ad Dominum. 50. si suis, l. si finis. 54. l. in quem omnia desinunt, omnium idem auctor. 55. l. Iochanam. 58. pro וְיִתְחַלֵּל voce nihili, lege וְיִתְחַלֵּל quae ideò monemus quia huius vocis litterae numerum Mosaeicarum orationum exhibent.

P. 61. linea 1. post haec futuri saeculi virgis, l. multa dum vixisti miracula & prodigia opera tua feci, & Dei verba sunt, vsque ad haec: Domine si me fato desungi & quae Mosi sunt. 62. lege Thisbi. 73. ipse qui hoc, l. ipsi & nobis. 76. superque capitis verticem. id est iam incipe illi imperare.

77. quomodo inter diem & noctem distinguis. de וְאֵין sine momento illo est ingens inter recutitos controuersia de qua intellexi, sed malè vitio Manuscripti Codicis quem sequutus sum. Placet magis edita lectio. Moses Iosnam Rogat vt sibi dubia proponat, at Iosue, praceptor, ait, diu noctuq; semper tecum fui quomodo, errabo, ideòq; tor in posterum ignorata sunt. Hic indubiè sensus est.

P. 81. lege, populus legis interpretationem absolueret Mosi iubebat. 70. Mosi omisit dumq; nescius haeret Moses. Ostendit eo momento mortem quam recusauerat, petiisse. 81. lege Nachmanides. 84. l. & nube. 87. Centum & decem annos, l. centum & viginti, & spirituum. 94. l. Mosc. 104. parauit, l. paruit. 118. mul-

et inque, l. vultum & manu tectas. 119. dolerem l. dclerem. 131. 11
bonis omnibus refertas. 142. dixit Eldad, l. dictum. 145. octogin-
ta, l. octingenta vi & p. 72. idem 152 nobis succensuit, l. nobis. 153
tenet. vltima linea, l. tener. 154. iuxta reddat, l. iusta. 155. linea 2. l.
nequeunt. 161. Abrahamo dignior est, l. Adamo. 164. se post tres
menses, l. sed. 165. iratus, l. irritus.



icere
e La-
s La-

vultu.
8. no-
cussit

fic le-
gypti

8 &
æ tri-
pro 7

54. l.
anam.
nemus
exhi-

vixisti
d hæc
hisbi.
id est

ne mo-
tellexi,
Placet
oniat, at
do, er-
sus est.
si iube-

co mo-
hmani-
m & vi-
8. mul-

IN NOTIS.

174. Ægypto. l. Ægypto. 176. maximè ignorante, l. ignorant. 179. noménq; se agnoscere, l. noménq; genij. 185. futura, se conspice-
 re. 186. locebed paræ l. partu. 187. significatum est, l. signatum est.
 189. l. λαμπόμενον. 217. l. Davidi pomario, vnius auctoris nomen
 est. 224. inter folis, l. soles. 225. desumptum, l. descriptum. 229. pri-
 moaciterum, vsque ad Zohar. hæc versionis sunt. 232. de Ægypta,
 l. Agyrra. 235. Plammericho, l. Nectanebo. 236. Græcè nesciret, l.
 Latine. 235. Chocina, l. Chocma. 268. l. ἐμπειλισμένων & τῶν
 τ' ἐλονόμων. 281. tredecim, l. nouem. 281. culpa Dei, dele & l. peccatū.
 283. hic impietatis, l. sic. 288. coronatum, ita volui ex Ægyptio iuu
 & traditione, potes & siccatum vertere quod ad τὸ ταρχεῖν respic-
 cit, alterū Ægyptiaci funeris ritum, cuius meminit Herodot lib. 2.
 & ante illum Moses. 311. secertam, l. secretum. 313. animā rursū, l.
 sursum. Bo. l. Hasidin & septuaginta pro quadraginta. 339. lege Sa-
 lomonem Iudæi perhibent, Ægyptij verò lanem & Mamrem. 346.
 l. leuigauit. 348. hinc vide, l. hinc inde. 349. vno loco, l. loro. 354. sed
 etiam addit. 354. furni in areis erant extra ædes, adeò autem pluuiæ
 certus erat vt illos inde iusserit tolli ne maderent. 359. iudicasse, l.
 indicasse. 371. dele pag. 18. edit. Venet. 372. l. consecrantur. 376. inter-
 nè lacerat, l. infernè. p. 412. fructuum termini. Zodiaci signa, li-
 neam transuersam, obliquam, & acies ordinatas significare scimus,
 versionis rationem in libris Chald. Theol. reddemus. 403. habita-
 culo interiore, l. inferiore. 405. super, lege in loco statij *super sua*.
 409. eaq; vos omnia, l. nos.

*Hebraica σφάλματα. quæ plurima sunt ex Latina versione
 quilibet emendare poterit. Vale.*

VITA

V I T A
M O S I S.

179^o
ice-
est.
nen
pri-
pta,
et, l.
7^o v
au.
riat
espi-
b. 2.
m, l.
e Sa-
346.
sed
uuz
le, l.
ater-
a, li-
mus,
bita-
sua.

sione



pl
m
co
ft
fa
co
cu
po
lu
tis
fu
ba



VITA MOSIS.

ANno centesimo trigesimo postquam Iudæi Ægyptum venerant, elapsis sexaginta à Iosephi morte Annis Pharaoni dormienti somnium visum est, senex coram eo stabat manu libram gestans, cuius in altera lance vniuersa Ægyptus, pueri, fœminæque conspiciebantur in altera puer vnicus erat qui solus toti Regno præponderauit, Rex dum rei miraculum animo versat, protinus vocatis sapientibus ac magis illud exposuit. Attoniti omnes pauidique stabant cum aliquis ex proceribus

a ij

magnum, hoc somnio, Ægypto
damnum, terrorémque portendi
docuit: Puer hic, inquit Regiper-
contanti, Iudæus est qui hoc re-
gnum grauiſſimo infortunio ma-
ctabit. Itaque ſi mihi credis, Iu-
dæorum omnes filios interfici cu-
rabis. Hoc fortasſe conſilio ſic pue-
ri fatiſ obſiſtere licebit, ſomnij-
que decolabit euentus. Placuit
Pharaoni, Iudæaſque obſetrices
vocauit, vt patet ex Genef. *Ille au-
tem timuerunt*, atque Regi poſtea
cur naſcentes Iudæos non occidiſ-
ſent interroganti, reſponderunt
Mulieres Hebræas feris animanti-
bus perſimiles, quæ earum ad in-
ſtar obſetricibus non indigerent,
igitur de proijciendis in Nilum
pueris Edictum propoſuit, quo au-
dito plures vxoribus carere ſubſti-
nuerunt, alij illis vti pergebant,

Iudæorum genus hac deleri arte non ferentes. Ipsæ matres recentes & adhuc ab vtero rubentes partus in campis relinquebant. Verum Deus qui eorum Patribus iurauerat, *Multiplicabo semen vestrum sicut puluerem terræ.* Angelos misit qui pueris Lotis, vinctisque ac obuolutis lapides binos apposuerunt, ex quorum altero lac fugebant ex secundo mel esitabant, capilli ad genua penduli corpus molliter tangebant. Ita misertus eorum Deus quos per omnem terram multiplicare decreuerat, terræ illos susciperet, seruarétque ad adultam vsque ætatem imperauit. Illa nihil morata dehiscens eos excepit, postmodúmque vomuit, sic intelliges locum Psalmi 72. *Illi florebant sicut herba terræ.* Donec domos quisque suas reuerfi sunt. Inde tabernacu-



lorū ritus manauit: interea Ægyptij quibus poterant modis Hebræos diuexabant, neque tamen hilum eis nocuerunt sicut scriptum est, *Super dorsum meum arauerunt aratores, prolongauerunt sulcum suum.*

Erat in Ægypto, vir Leuita nomine Amram filius Kehat filij Leui filij Iacob, hic Iocebed sororem fratris vxorem duxerat, ex qua filiam suscepit Mariam, sic dictam quia Ægyptij ex Cham orjundi Israelitas tunc primo pessimè habuerunt. Iocebed iterum concepit peperitque filium Aaron ideo vocatum, quia quo tempore conceptus est Pharaos, pueros Hebræos aut interfici aut in Nilum abijci mandauit: omnes tamen eripuit Dominus: Nam ipse profluenti commissos seruauit, Ange-



lis verò ministranibus relictos in agris alerent, adultosque parentibus restituerent, imperauit. Multis tamen audito Regis edicto de abijciendis in Nilum fluuijs vxoribus carere visum est, atque inter eos ipsi Amram. Donec post tres annos Spiritus Domini super Mariam effusus est, quæ prophetisans ecce, inquit, Patri & matri meæ filius nascetur, qui Israel de manu Ægypti liberabit persuasus hoc vaticinio Amram reuocata post triennium coniuge vsus est, quæ sexto ab hinc mense concepit, peperitque, partus tempore tota domus veluti Solis aut Lunæ fulgore repletur, prodit formosissimus infans, atque in conclauis tres menses absconditur. Tunc verò Ægyptijs Iudæorum nomen callido consilio interne-

a iiij

çione delere placuit. Etenim uxores suas terram Gosen in qua Israelitæ morabantur ire iusserunt, illæ filios nondum loqui doctos humeris gestantes profectæ sunt Israeliticæ mulieres natos quidem suos occulebant, ne illos Ægyptij interficeret, si partus tempora nouissent. Verum illas Ægyptiæ inuisentes cum pueros secum deferrent, statim quam illi Ægyptiacè quidpiam balbutiebant, absconditi Hebræi lingua utcumque sua respondebant, hoc ipsæ maritis, mariti Pharaoni dicebant, qui speculatore misso eos accipiebat. Post tertium mensem Iocebed partum Rex intelligit, illa subito puerum cõtextæ ex iuncis arcæ impositum Nili ripæ credit, dum iussa soror pignoris euentum à longe obseruat, hoc temporis momento æstu diuini

nitus immisso ardebat Ægyptus,
 eoque omnes tamquam solibus
 æstiuis incaluerant. Hinc Regia
 Virgo magna puellarum caterua
 ad flumen lauatura descendit, aliæ-
 que de morè gentis sequutæ, inspi-
 cit aquis innatantem arcam, ad-
 ferri iubet, aperit, puer Ægyptia-
 rum vbera reijcit, (Dei quo matri
 redderetur consilio) Amita quæ
 aderat Regiam Virginem de ad-
 uocanda Hebræa nutrice monuit.
 Mater Iocebed puerum duobus in
 diem argenteis alendum suscepit.
 Biennio post Pharaonis filiæ fisti-
 tur, ab eaque adoptatur, ac Moses
 quod eum aquis eduxerat, voca-
 tur. Verum Pater eum Chabar vo-
 cabat, quia eius causa vxorem ite-
 rum sibi sociauerat, Mater Iecho-
 tiel quia lactauerat, Amita Iared
 quia expositi euentum observa-

tura Nilum prope descenderat Aaron Abizannach, quia propter eum Amram Iocebed aduocauit, quam dimiserat Kehat Abigedur, quia Deus eius ergo rupturam clausit, nec de proijcendis in Nilum Hebræis amplius cautum. Nutrix Abisuco quia illum in tugurio Deus ab Ægyptiorum rixa occultum seruauerat. At Israelitæ cæteri Schemaia filium Nathanael appellabant, quia in diebus eius clamores illorum Dominus audiuerat. Tertius à nato Mose annus fluxerat, Pharao cõuiuium præbebat, vxor dextram, læuam cum Mose filia tenuit, Proceres ante Regem sedere iussi. Moses in omnium oculis sublatam à Pharaonis capite coronam suo imposuit. Balaam Magus idemque Regius Eunuchus stupentibus cæ-

teris. Domine Rex, inquit, reuoca
in memoriam somniū illud tuum,
cuius olim interpretationem te
docui, Nescis hunc Iudæis oriun-
dum, prorsus in illo Spiritus Dei
est, quodque nunc fecit, astutè
prudenterque factum puta, si Æ-
gyptum deleri non finis capite ple-
ctendus est, placuit Consilium.
Confestim Deus Gabrielem An-
gelum misit qui suscepta Principis
viri persona Regem sic adorauit.
Ego insontem minimè damnan-
dum censeo, multo minus pue-
rum; iudicij expertem. Verum
agite puero gemmam & Carbo-
nem proponamus, si carbonem
elegerit puerilis ignorantie iudiciū
erit, at si gemmam ceperit, dam-
nandus est. Nulla mora, & gemma
& carbo pueri oculis subiiciūtur.
Moses gemmam auferre parabat,

sed coactam eius manum Angelus carboni imposuit, raptumque ori intulit, etiam extremam linguæ partem adussit, unde postea tardiloquus euasit, ipse ore linguaque grauem se fuisse testatur. Exin Regem & proceres aduersus Israelitas crescentes anxie multa moliri. Regina Regem conditi iuris condendique potentissimum pertendebat, eius Ægypti solum videri, itaque, vti agere ferre voluerit ius fasque esse. At Balaam Domine, inquit, semper hic populus dolorem facit, Iacob generis origo Esau fratrem, patris quem fraude aggressus erat benedictione priuauit, inde Laban ad quem fugerat armenta non modò abegit, sed & natas quas apud profugum collocauerat, nescienti rapuit Isaac pariter exul incolas Gerar ludos fecit

eò locorum vxorem fororio nomine dissimulauit, mox corrasis pecunijs aufugit ijsdem artibus filij Iacob Sichemitas & Hamor aggressi sunt. Etenim circumcisos tertia demum die viribus fractos interfecerunt, vrbisque ferro vastæ opes sibi habuerunt, si mihi credis, non est cur de occidendis illis cogites, verum impositis laboribus & molestijs quibus impares erunt fatigabis. Iethro Madianita postquam Regi placuisse consiliũ intellexit: Domine, subiecit, nemo vnquam Iudæos inultus læsit, ignoras quid Pharaoni acciderit, qui Saram Abrahami vxorem sibi vindicauerat, quid quatuor regibus qui captum Loth abduxerant, quid denique ipsi Laban cuius meminit, nisi damno suo nullus illis nocuit. Rex irarum ple-

nus Iethro in prouinciam abire
 iubet, Deo volente, qui præfenti
 periculo eripuit. Interea Moses re-
 gio amictu, caput gemmis orna-
 tus, procerum cœtu stipatus Pha-
 ronis in ædibus crescebat; iam de-
 cimū quintū attigerat, iam
 parentum desiderio tenebatur,
 quorum onera & seruitutem dum
 reputat, forte Ægyptium videt
 qui pessimè Iudæum excipiebat,
 querulus Hebræus ad Mosē fu-
 git quem multum apud Regem
 posse non nesciebat: Domine, ait,
 Ægyptius ille mediâ nocte domū
 meam perfodit, me in vinculis ha-
 buit, in conspectu meo vxorem
 meam subegit, nunc verò mea
 quoque cæde scelus perficere ten-
 tat Moses audito' nebulonis faci-
 nore, locum oculis lustrat, omnia
 circum vacua videt, Ægyptium

interficit, incolumem Iudæum abire iubet, inde ad Pharaonem contendit Iudæus postquam domum suam peruenit, vxorem quam Ægyptius stupri compleuerat res suas sibi habere iubet: illa factum fratribus aperit, mariti vitæ insidias struunt, ille fuga, eorum conatus eludit. Post alterum diem Moses Iudaicæ seruitutis spectator adest, Iudæum inspicit qui alterum percutiebat, obiurgat. At hîc, quis te Principem aut Iudicē nobis cōstituit: An me, sicut heri Ægyptiū, interficies. Audiit Rex, statimque Mosem carnifici permisit ille damnati ceruicem quæ maximo Dei miraculo vt colūna marmoris induruerat irritō ictu percussit, atq; hoc est quod subintellexit Moses quādo natus est Eliezer, his verbis:
Deus Patris mei in auxilium meum;

Hoc etiam indicat illo, quod reddidit, responso cum impositam ad Pharaonem eundi prouinciam recusauit, ac dixit *mittendo quaeso mitte*. Et iterum quis posuit homini os (id est) quis te loqui docuit quando propter Ægyptij cædem coram Pharaone damnatus es. *Quis homini os posuit, quis mutum reddet*. Puta, quis Regem obmutescere iussit ne cædis tuæ mandatum vrgeret. *Quis, spiculatores, surdos fieri voluit*, puta ne regis imperium audirent, *quis cecos*, ne carcere fugientem obseruarêt. hoc ipso temporis momento Deus Michaelem cælestis militiæ principem misit, qui assumpta Ducis spiculatorum, & forma & ense incolumentem Mosem regni in finibus trium dierum itinere collocauit: ipsum autem ducem Mosis figura
&

& multa exhibuit. Tunc relictus Aaron prophetizauit: *Viri abominaciones oculorum abijcite, & in sordibus Aegyptiorum ne inquinamini.* Hoc est quod dixit: *Rebeldes fuerunt filij Israël contra me & noluerunt audire.* Perdidissetque eos Deus, nisi fœderis cum Abrahamo, Isaac & Iacob pacti meminisset. Pharao interim Israelitas sæuissimè opprescit, eosque ipsemet inuisit. Balaam pessimi consilij auctor quo Iudæorum genus delere contendebat, postquam illud optato exitu caruit, ad Necan Idumæorum Regem cum duobus filiis Iane & Mamre secessit. Erat eo tempore inter Æthiopas & Arabas bellum. Victi abacta ingenti præda cesserant Arabes. Necan ad pugnam egressus Balaamum Labani Syri filium vrbs custodiæ præfecit ille

populo defectionem persuasit nihil morata plebs Balaamum Regem sibi Sacramento constituit Ianes & Mamres exercitui præerant, atque hi magnis operibus vrbis muros ab vno & altero latere altiores excitarunt, tertium ductis à Nilo in fossas complures aquis inexpugnabile reddiderunt, vltimam quartamque vrbis partem collectis vndique & conuocatis arte Magica serpentibus tutati sunt, adeo vt nulli mortalium ingressus exitusue facultas esset. Necanus interea cum exercitu reuertitur, vrbis proximat, dumque omnes murorum opera mirantur, & ciuium timori qui Chananæorum Reges metueret, adscribunt, claufas vrbis portas & negantes ingressum ianitores offendunt. Atrox ad eas pugna committitur, casique ex

Necani militibus centum & triginta, altera die trans flumen pugnatum equitesque triginta foueis sepulti perierunt. Rex parari ad transitum rates iussit verum contorquentibus se ad foueas aquis illarum vorticibus ducenti absumpti sunt: ultimo Regionem serpenticibus infestam aggrediuntur, sed irritò conatu; nam septuaginta septem desiderati sunt ita pugnandi sine factò urbem nouem integros annos nullo prorsus aut ingrediente aut exeunte obsederunt. Dum hæc geruntur Moses Ægypto profugus Necani Regis Æthiopum castra peruenit: annum agebat decimum tertium eximia surgentis in modum palmæ statura conspicuus, adeoque Regi ac proceribus statim vnicè charus, Regi præcipuè qui exercitus ducem elegit

id muneris Moses obiuit vsque dum Necanus morbo diem obiit. Tum collectos in vnum duces quid facto opus animo reputare, omnibus placuit ab obsidione non cessandum, à qua si desinerent egressi ciues fugientes copias insequuti eas delerent, perire quam abiecta vilique fuga recedere visum est. Assumptus paribus sententiis in Regem Moses cui & concessa Necani vxor, quam tamen fœderis domini memor non attingit, sed medio interposito ense, non peccauit. Tertio post inaugurationem die proceres Mosem de obsidione interrogant quæ nouem iam annos durauerat vxorum pignorumque carissimo aspectu viduitatis. Moses obsequentibus omnia prospera promisit illi nihil renuere: igitur, inquit, ciconiarum

pullos vobis parate dictum, factum. Rursus illis imperavit prædam inter volandum accipitrariæ ad instar eos docerent: quod & illi non segniter exequuti sunt; tandem omnes loriceis armatos, equos conscendere ac se ducem sequi iubet, eam in partem quam serpentes tutabantur, quibus obuiis ciconias immitteret quæ illos occideret cibumque haberet: Res imperata, res acta itaque ciuitatem ingressi ferro vastam fecerunt, quod spectaculû oculis arbitratus Balaam filius Beor procuratis deuotionibus per aërem auolans in Ægyptum cum filiis ad Pharaonem fugit. Moses omnibus qui eius consilio captam urbem nouerant charissimus viuebat, Dei metuens, & auitæ Religionis ac mandatorum Abrahami, Isaaci & Iacobi per-

tinax à quibus per quadraginta quos regnavit annos nullo prorsus modo recessit. Elapso hoc temporis spatio, atque illo in solio sedente, Regina Regni proceres sic alloquuta est ille, quem vobis Regem elegistis, cui me propriam dicastis per hos quadraginta annos nè quidem me tetigit, itaque Necani felicitis memoriæ filium potius quam alienigenam in Regno de more collorate. His omnes assensu Mosen ita compellant. Nos magni te facimus, verum omnes provinciæ Regis filium percipiunt: acceptis igitur diuitiis atque opibus discede, & in patriam feliciter revertere. Sic Madianitidem profectus Iethro innotuit. Ille postquam patriam, nomen, genus quæsiuit, eique omnia retexit, de gradendo in Pharaonis manus Mo-

se cogitavit: etenim eum qui coronam Regis à capite substulerat suspicatus statim captum carceri mancipat, adeoque in summis angustis aqua & pane precarium trahere spiritum iubet. Sephora cui Moses placuerat, singulis diebus cibum sufficiebat, tandem etiam patrem de illo monuit: num, inquit, captiui illius quem in vinculis seruari iubes recordaberis, ille quotidie Deum ultorem inuocat, huius certè peccati labem non effugies. Tum Iethro mirabundus: hominem absque cibo, & potu tamdiu viuere, quis vñquam audiuit. Statim ad carcerem rectà contendit, repertus Moses erectus in pedes Deum orans eo momento liber dimittitur. Iethro hoc ipso tempore publico præconio filia matrimonium pollicetur illi qui

b iiij

virgam quæ eius in horto videbatur, euelleret: inde Reges ac Principes certatim accurrere, sed inanes voti recesserunt. Moses repertam hanc, dum hortum perambulabat virgam, Sapphirina erat, deque nomen ineffabile inscriptum gerebat, auulsam facilè ad Iethro detulit. Ille miratus Sephoram ex patre uxorem dedit, ex qua Gersom suscepit annos natus septuaginta septem cum primùm è carcere dimissus est. Sephora interea Saræ, Rebecæ, Rachelis & Leæ virtutes atque optima facta ex mariti mandato imitatur Mofi soceri pecora pascenti Dominus in rubo apparet Sacramenti memor, quod Abrahamo, Isaac & Iacobo præstiterat, hinc ad Pharaonem signa editurus mittitur, assumit uxorem, ad fratrem proficiscitur, pergenti

occurrit in prima statione Angelus, quia filium nō circumciderat, procumbit in faciem Moses, Zephora lapideo cultro pueri præputium aufert, Aaron Domini iussu in deserto occurrit, fratrem osculo excipit, Zephoran ac filios videt quos in terra Madiā natos iniquissimo animo tulit, iam inquit, primoribus viluimus, tu insuper nostri contemptum addes, his auditis Moses vxori ad patrem reuerteretur imperat, ipse cū fratre Ægyptum, ac Regis palatium venit, stabant ad ianuas leones duo multorum cæde notissimi, quos ideo absentibus magistris accedere nemo audebat, illi Balaami cōsilio in Mosen & Aaronem soluentur, sed virga Mosis deliniti obuios Prophetas submissi exceperunt catulorum ad instar qui hero

ex agro redeunti adulantur. Obstupuit ad miraculum Pharao, interrogat ingressos quid caussentur: At illi Deus noster Deus Hebræorum ita imperat. Mitte populum meum vt seruiat mihi. Rex in crastinum Responsum pollicetur, cōuocantur Sapientes, Magi, Augures, Diuini, conuocatis negotium exponitur. Balaam quomodo leones euasissent quæsiuit, non modo, Rex ait, non nocuerunt, sed ludentes canum ad instar sequuti sunt. Nihilominus euocandos, nec tot Magis pares fore censuit Balaamus. Adfuere, iterumque Regem eadem monuerunt, dubitantis ac fidei argumenta quærentis ante oculos Aaron virgam proiecit, quæ protinus in serpentem mutatur, idem magi artibus suis præstiterunt, hoc tantum discrimine

quod Mosaicus serpens alios deuorauit, sed Balaam nihilo fractus ex animantium more interpretatur, quorum plurima mutua cæde uiuerent, verum subiecit, si spiritus Dei hîc est, projice virgam tuam quæ si lignum maneat, virgasque nostras etiam ligna manentia deuoret, tum certè miraculum fatebimur. Dictum factum omnes virgas proiecere quæ serpentes factæ sunt, demum in ligna reuerfas Mosis virga omnes deuorauit. Tunc Pharao omnes Ægyptiorum libros adferri iubet, quæritur Domini nomen, sed irrito conatu in variis monumētis quod etiam fatetur. At illi, Deus noster Deus Hebræorum, cuius nomen ignoras, trium dierum iter populum suum progredi ac sibi sacrificare iubet, quando ab eo tempore

quo Ægyptum Iudæi venerunt, res ei diuina non facta est. Hic si nos non dimiseris, magniste calamitatibus obruet quod huius nominis nomen, quæ potentia, subiecit Pharao. Cæli & terræ creator, lucis & tenebrarum, maris & aridæ auctor, inquit Moses, qui te resque tuas pro libito in puluerem rediget. Iratus Pharao ego, ait, mihi ipsi Deus sum cui nec tota Ægyptus parem habet, & cum dicto illos expulit ac populo grauiora onera imposuit: ideo Deus decem Ægyptum plagis percussit, quæ reputatæ sunt sicut ducentæ quinquaginta.

1. Adduxit super eos plagam sanguinis, quia impediabant Ægyptij mulieres Iudæas à Baptismo.
2. Immisit Ranas vbique, cibis etiam & larariis coaxantes fuit;

que dura valdè hæc plaga, qua Deus eos ideo percussit, quia Iudæis dicebant, Ite, piscamini nobis pisces.

3. Tertia pediculorum fuit, qui altitudine cubiti terram operuerunt, & si quando Ægyptij nidas induerent vestes, illè momento pediculis opplebantur, quia dicebant Israelitis, Ite verrite domos nostras, cubilia & vicos.

4. Ægyptios vario animantium genere fatigauit leonibus, lupis, vrsis, pardis qui domos etiam clausas ingrediebantur, si portæ clauderentur, educta tellure inter crescentes spinas bestia ædes per fenestras succedebat, obuiosque pueros in lectis vorabat. Hac autem clade Deus illos affecit, quia pecora sua Iudæis pascenda tradebant.

6. Sexta vlceris mali plaga vexati

sunt, ideo quia sibi ab Israelitis balnea parari volebant, in quibus calefacti abrasum pumice corpus summa voluptate curabant.

7. Septimam grandinis plagam Deus immisit, qua fata, & gignentia deleta sunt, quoniam agros suos arari ac seminari à Iudæis imperabant.

8. Octava locustarum plaga fuit, quibus proprij quidem dentes, sed molares leonum molaribus perfimiles erant, illæ quidquid à grandine superfuit, consumpserūt, quoniam dicebant Israelitis Ægyptij, Ite, plantate nobis arbores, & custodite fructus earum.

9. Nono, Ægypto inferna caligo incubuit, ita qui stabat surgere, qui surgebat stare non poterat, atque hoc ideo accidit quia inter Israelitas erant etiam impij qui in-

tra hostenebrarum tres dies perierunt, Deus autem Ægyptios illorum exitium videre ac latari noluit.

10. Decima & vltima Ægypti primogenitos percussit, verum si sapientibus cædimus Pharaonem de illorum morte antea Moses monuerat, sed eius dictum Rex risu prosequutus in tota Ægypto vix 300. primogenitos reperiendos dixerat. Væcordes maximam partem primogenitos esse ignorabāt, etenim in libidinoso populo vbi spurij penè omnes, vnusquisque patri suo primogenitus erat. Ipsos etiam de quorum salute agebatur primogenitos Moses his verbis compellauit. Ita dicit Dominus medianoctep per Ægyptum egrediar, & morietur omnis primogenitus, quo dicto attoniti Patres

adeunt, rogant. Omnes plagæ, inquebant, quas hactenus minatus est Moses euentus suos consequutæ sunt. Nunc mortem omnis primogeniti nuntiat; At Patres, Pharaonem ipsum primogenitum esse, ad quem pergerent. Nihil morati ad Regem contendunt, Iudæorum libertatem rogant, si minus certam sequuturæ noctis mortem indicant, iratus Pharaonis ad eum veniendi consilium dedisset explorat, illi patres fatentur, ite, ait Rex, arque eos occidite, aut mihi, aut Israel inimicis moriendum. Quid Ægypti primogeniti commiserunt, quid vos Iudæorum missionem persuadetis. Statim rapto quisque gladio patres vt iussi erant interficiunt, hoc innuitur his verbis, *Plaga Ægypti in primogenitis.* Media nocte sequenti

quenti, percussum est omne primogenitum hominis & iumentum, etiam imagines ac effigies deletæ inde aurum, argentum, vestes ab Ægyptijs mutuati Iudæi solum verterunt diuitijs onusti sicut Abrahamo Deus dixerat, *Et populum cui seruiet ego iudicans, &c.* in ipso exitu memores sacramenti quod Iosepho præstiterat, *visitado visitabit vos Dominus & tolletis ossa mea,* illud exequuti sunt. Moses inefabile nomen descriptum cum his vocibus, *ascende bos ascende,* in Nilum abiecit, nec mora, feretrum aquis innatat quod cum cæteris aliorum Iacobi filiorum sandapilis abstulit, ita vt singulæ tribus generis sui auctorem deferret sequuta est discédetes Miscellanea ingens turba, simulque desertum adiit, hæc illa est quæ di-

xit, an non Moses aiebat, viam tridui conficiemus, bene est si post hoc temporis spatium ad reditum se accinxerint, sin minus simul iuncti bello eos aggrediemur. Elapso triduo Mosem circuitus agentem de præteritis diebus monuerunt reditum postulantes, at ille, Dominus imperavit nobis, *non addetis amplius eos videre in perpetuum*, inde violati sepulchri obiecta iniuria, bellique origo, morus Israël magna clade pertinaces, deleuit, superstites ad Pharaonem contendunt, populi fugam docent, ille ingentibus copijs ad mare persequutus fluctus simul cum Israël ingreditur, quos dum Iudæi siccis perambulant vestigijs totus Regis exercitus illis obruitur. Solus superfuit Pharaon qui Demum deo gloriam confessus

inquit, *vere Deus iustus ego autem
& populus meus impij.* Tum verò Mi-
chael & Gabriel cælestis exercitus
duces Dei mandato morti oblu-
ctatam eripiunt, inque ciuitatem
Niuiem delatum regnare iu-
bent, atque ibi quadringentos
demum annos imperauit, Israël
desertum ingressum Amalec fi-
lius Esaü bello aggressus est acie
cuius numerum 17800. Myriadas
prodiderunt, omnesque incanta-
tionibus, diuinationibus ac id ge-
nus addictas sed immensa hæc tur-
ba à Mose ac Iosué auxilio diuino
internetione profligata est. Ean-
dem Cananæi sortem cum Sion
& Og. Regibus experti sunt, quo-
rum omnium, victoriam populo
suo Deus tradidit. Tertio mense
in monte sinai legem accepit, ta-
bernaculum, arcam, altare holo-

causto & incendendis aromatibus
extruxit, Aaron & filij sacerdotio
digni habiti pro populi peccatis
numinis pacem exorarunt qua-
draginta anni hoc itinere absum-
pti, quo spatio integræ vestes ac
calcei miraculo fidem fecerunt,
hoc anno decima primi mēsis die
Moria vitam exiit, hanc sequu-
tus Moses annum agens. 120. de-
cima septima duodecimi fato
concessit cuius sepulchrum è re-
gione Baal phegor tradiderunt,
Iosué populum regendum sus-
cepit, ac post Iordanis transitum
triginta & vnus Regum ditio-
nes occupatas Israëli diuisit cæte-
ra Mosis gesta alijs in libris des-
cripta sunt.

FINIS.

DE MORTE MOSIS-



*Aec est benedictio quam benedixit Moses vir Dei-
Samuël Nehemani-
des benedictionem
hanc legem interpretatur in qua
scriptum est ויש האלהי וזאת ברכה אשר
איש האלהים וירך בשרו איש האלהים
& virum Dei significat, si vir Deus
placet de Deo intelliges qui in
scriptura vir belli vocatur, atque
hoc totum ad confirmandum
quod legitur, & filium triplicatum
non cito rumpetur. Doctor Tanchu-
ma inquit, vir Dei vel vir Deus. Si
vir, cur Deus? cum à Pharaone fu-
git, vir dicitur, cum cælos ascēdit,
Deus. At quanta Mosis dignitas,
cui etiam Deus, operam nauat.*

Cæteri Israëlitæ Ægypto iam egressuri duce Mose auro & argento quærendo studebant, ille urbem Iosephi feretro inuestigando tres totas dies noctelque circuire non destitit, nec enim Ægypto egredi poterant nisi eius ossa deferrent, sacramento quod ab eis moriens exegerat obstricti, sicut patet *Et iurare fecit Ioseph filios Israel*, Tandem saram filiam Aser fessus fatigatusque offendit cui laboris frustra insumpti causas retexit, illa hominem sequi iubet, Niloque proximum statuens hoc, inquit, loco Iosephi feretrum inuenies, plumbeum, quinque cubitorum, optimè vndique clausum ex Magorum sententia qui Regem monuerunt Iudæos sacramenti religione impeditos nisi Iosephi ossa deferrent numquam

Ægypto egressuros statim Moses
 Ripæ fluminis insistens, Ioseph Io-
 seph exclamat tu tempus quo filios
 suos Deus liberare paratus est,
 adesse non ignoras, quos iureiu-
 rando obstrictos habes, da glo-
 riam Deo, nec illorum libertati
 moras facito, quin potius est quod
 agas Deique pacem supplex pro
 Iudæis exores, ascende ab aquis, ac
 profundo emerge. Nulla mora,
 Iosephi feretrum vndis cannæ ad
 instar innatat quod Moses pro-
 prijs humeris exceptum auexit,
 cæteris interea Iudæis aurum at-
 que argentum quod Ægyptijs
 abstulerant deferentibus Deus fa-
 ctum laudavit, & magna est pietas,
 dixit, quæ opes contemnit, ego illo
 quo vita excedes momento red-
 dam, tibi que vacabo. Igitur cum
 Mosem mori oportuit Deus illum

40 DE MORTE MOSIS.

sic alloquutus est, *appropinquauerunt dies tui ad moriendum*, cui Moses. Domine post tot susceptos labores mihi mortem nuntias, omnino ego viuam Deus. *Satis tibi huc usque, nihil ulterius addes, huc compones tumenres fluctus tuos.* Vocatoque Iosué, Domine, ait, cur moriar, an ob gloriam Iosué at potius imperium quo me carere vis suscipiat. Fac illi ait Dominus, sicut olim ille tibi. Nihil recusauit Moses imò vero summo mane post Iosué stetit quem & præceptoris nomine salutauit. Expauit Iosué tãtisque honoris causas dum quærit. Vis me viuere, inquit moyses, ita, respondit Iosué. Moses. Non ego te multa docui? nunc si tibi vita meæ cordi est vtere me discipulo, vt ego te olim vsus sum, vtque ad sinistram meam incedebas, sine me ad

DE MORTE MOSIS. 41

tuam incedere: quidquid iusseris, ait Iosué, hac conditione vt videam faciem tuam exequi certum est, statimque omnem illi honorem detulit quem ipse Mosi olim exhibuerat, vt vero tentorium ingressi sunt. *Et visus est Dominus in tabernaculo conuentus*, descendit nubes stetitque inter Mosem & Iosuem. Moses extra, Iosué intra versabatur. Tunc exclamauit Moses variumque ac multiplex mortis genus oculis arbitratus cum omnia displicuissent, mortem tamen petijt, deumque sic adorauit Mos. Domine quid peccaui vt moriar De. Ecce hoc tibi ex calice primi hominis de quo scripsisti *Adam sicut vnus ex nobis*, ideóque morieris. Mos. Domine Rex mundi in vanum igitur caliginem calcaui, in vanum ante filios tuos equi ad in-

star cucurri. De. Adamum ante ad
 mortem damnauit. Mos. huic tu le-
 uissimum præceptum seruandum
 tradideras quod prætergressus est,
 at ego non ita feci. De. Abraham
 qui nomen meum coluit, hic quo-
 que diem obiit Mos. Ismaelis pater
 est, ab eoque iram tuam prouoca-
 uit. De. Isaac qui sacrificio se ob-
 tulit, hominem exiit. Mos. hic Esau
 genuit, cuius posteritas templum
 tuum diruet, filiosque tuos in ser-
 uitute rapiet. De. occidit & Ia-
 cob duodecim tribuum auctor
 quæ me non irritarunt. Mos. sed il-
 le celos non ascendit nec caligi-
 nem montis sinai calcavit, nec in
 os tibi loquutus est, nec à te le-
 gem accepit. De. saris est, obmutef-
 ce. Mos. Domine omnes planè as-
 ferent me ideo mortem obiisse
 quia malum in me inuenisti. De

ego de te olim scripsi, *Et non surrexit Propheta adhuc in Israël sicut Moses* Mos. sed dicent me in iuuentute mandatis tuis obsequutum, ea in senectute neglexisse. De. iam ante mortis tuæ causas aperui, *quia non sanctificastis me* Mos. quæso, Domine, sine me terram ingredi in eaque tres aut quatuor annos morari antequam moriar. De. decretum est te non ingressurum Mos. atqui si viuo negas, mortuo non negabis, obsecro, vt quid contra me hæc ira tua. De. *quia non sanctificastis me.* Mos. scriptum est, *hæc omnia faciet ter cum viro*, tu adeo clementer cum alijs te geris vt bis terue illis parcas, at mihi vel femel parcere recusas. De. Falleris, sex enim peccata peccasti hæctenus, quæ tibi iudicare non placuit primum cum dixisti *שלח נא ביד משה*

mittendo *quæso in manu mittes*,
 secundum habes באתי אל מרעה לדבר
veniam ad בשמך הרע רעם הזה ומאז
Pharaonem ad loquendum in nomi-
ne tuo, tertium cum hæc protu-
 listi לא ה' שלחני *non dominus misit*
me quartum hoc loco ואם בריאה
Et si creaturam creabit domi-
mus. Quintum שמעו בא המורים *au-*
dite o rebelles. Sextum, חרבות
surrexistis post patres vestros multi-
udo hominum peccatorum. Abraham
 Isaac & Iacob peccatores fuisse pu-
 ras? quando filios eorum sic allo-
 queris. Mos. Domine tu primus ita
 loquutus es, *Thuribula peccatorum in*
animabus ipsorum. De. *in animabus seu*
in se ipsis dixi non in Patribus. Mos.
 sapius peccavit Israël coram te,
 meisque precibus veniam tribui-
 sti, scilicet ad sexaginta Myriadas

respicis, vnius vero curam non habes. De. Nescis vniuersum populum vnius hominis ad instar non iudicandum, quid plura: huc vsque tibi tempus concessum est: Tum vero Moses precibus, ac supplicationibus agere cæpit hocque Salomon de illo intellexit *preces loquitur pauper*. Prorsus Mosi quidpiam simile accidit quod Regij pueri præceptori euenisse narrant, illum non solum omnes Aulici sed alij etiam obseruabant, post exiguum tempus Regius puer obiit, statimque præceptor cui omnes parebant, ab omnibus neglectus & ad ostia relictus est, ita Moses dum floruit superis inferisque iuxta imperauit sicut scriptum est *ascendisti in altum & mare medium scidit, puteum aquarum de rupe eduxit, Deo dixit sta, & stetit, reuertere &*

46 DE MORTE MOSIS.
reuerfus est, quin & eum sic compellauit, *nisi tu precesseris, nos hinc non abduces*, olim egitur omnia poterat, sed cum mortis adfuit momentum ipsemet ad preces conuersus est atque hæc vera Salomonici loci interpretatio, iterum scriptum inuenies *omnibus est tempus certū, &c.* Moses suo tempore in Ægyptum, descendit & Israelitas liberauit, suo quoque tempore frustra orauit. Et *Moses uir magnus ualde in tota Ægypto*, Ecce florentem & oratio ad dominum in tempore hoc, ecce orantem, בעת ההיא vulgo in tempore interpretantur verum non est in hoc loco, sed duo significat quasi uoluisset moyses, Deus qui in duobus misericordia scilicet & iustitia mundum & hominem creasti sicut legitur, *Creauit Dominus Deus hominem* Dominus siue iah miseri

DE MORTE MOSIS. 47

diam notat vt patet *Domine Iah.*
Deus misericors & clemens. Deus
 Elohim iustitiam indicat, vt vi-
 dere est, *Elohim non maledices*, id est,
 Iudicibus. His duobus orbē Deus
 regit ideoque Moses Deo dixit
Domine potentiam tuam in rubo osten-
disti mihi, in iuuetute scilicet, nunc
in senectute supplex misericordiā
postulo pro populo tuo, ouibus pa-
scui tui vt illis parcas. Seruum tuum?
 tu nempe Regum ad instar non
 ages qui seruos iuueues & robore
 prestantes curant, senio confectos
 negligunt, at tu Domine me se-
 nem ac iuualidum non relinques.
Magnitudinem tuam, decem præce-
 pta legis ita vocat, *Manum tuam*
fortem. Decem plagas quibus
 Ægyptum percussit, quis es Deus
 in cælo & in terra (præter te) tu vni-
 uersi creator cuius in manibus vi-

ta morsque est, quis opera tua imitari, quis fortitudinem potest? hæc omnia Moses dixit, cum ei in monte moriendum Deus significasset. Domine satius est, inquit, me viuere, nam peccantes filios tuos castigabo, eosque, ne alium præter te Deum colant, utique monebo, quin & gloriam nominis tui posteros docebo, ut mare scissum viam præbuit, ut legem dedisti, ut quadraginta annos mannæ nimbo eos cibasti, ut ex scilicet aquâ eduxisti, itaque si placet ad illa tot tua facta enarranda viuere me fines. De nihil obtinebis, imo si viueres, homines in errorem adduceres qui sine dubio te numinis loco colerent. Mos. antea me probasti in vitulo quem confregi, nunc vero cur moriar? De quo patre natus es. Mos. Amram. De. & Amram Mos.

Isaar,

DE MORTE MOSIS. 49

Isaar. De. & Isaar. Mos. Cahat.
 De. & Cahat. Mos. Leui. De at
 Leui & cæteri omnes quem origi-
 nis suæ auctorem habuerunt. Mos.
 Adamum. De. An non Adamo
 dixi, *puluis es, & in puluerem reuer-*
teris. Mos. Domine Adamum &
 furti & mandati neglecti reum
 postquam cibum vetitum gusta-
 uit, iustè ad mortem damnasti: an
 ego furtum commisi? an non me
 tuo ipse testimonio commenda-
 sti, *non sic seruus meus Moses, in*
tota domo mea fidelis est. De. Tu ne
 Adamo eiusque generatione iu-
 stior es? Mos. ita Domine, Tu
 enim illum atque Euam propter
 serpētem, qui eos deceperat, mor-
 ti addixisti, at ego per serpentem
 duos vitæ restitui, vt patet ex illo:
& fecit Moses serpentem ex are,
&c. De. An tu Noë quoque, ac

50 DE MORTE MOSIS.
cuius generatione maior es? Mos.
Maximè, nam illum, omnesque
qui eius tempore viuebant idè
mori permisisti, quia pro eis non
orauit, ego verò, quando peccauit
Israël in cultu vituli, non modo
supplex tibi fui, sed etiam petii
vt potius me de libro tuo deleres.
De. An etiam Abrahamum superas?
qui decem tentationibus probatus
fuit. Mos. Omnino, nam in
Abrahamo vitium est, quem Is-
maëlis patrem omnes sciunt. De.
An etiam Isaacus qui ligatus ad sa-
crificium est, tibi inferior erit?
Mos. ille Esau impium genuit. De.
Mose, Mose, an tibi imperaui vt
Ægyptium occideres? Mos. Do-
mine, si siuis liberè loquar. De.
loquere. Mos. Tu omnes Ægypti
primogenitos vna nocte occidisti,
at me propter vnus Ægyptij mor-

DE MORTE MOSIS. 51
tem mori iubes. De. an tu mihi si-
milis es? ego occidere & suscitare
possum, tu idem prestabis, ita tot
tantaque quibus te ornaui memo-
ria exciderunt. Tu mihi dixisti,
surge, & surrexi, reuertere, & reuer-
sus sum, quin tua causa rerum or-
dinem immutatum volui, decide-
re cælo rores & nimbi, terra pa-
nem producere solet, at tibi cæ-
lum panem pluere, terram aquas
præbere iussi, sicut ipsemet scri-
psisti: Ecce ego vobis de cælo panem,
&c. quin & vitam tibi prorogare
volui, an non cùm dixisti, aperiet
terra os suum, statim quod dixisti
exequutus sum, quod ipse testatus
es, & aperuit terra os suum & de-
gluui eos. Nonne eum qui alteri
præterquam Deo soli sacrificabit
exterminandum docui, ego illi
dicto fidem facere parabam cùm

52 DE MORTE MOSIS.
peccauit Israël, sed tu intercedens
vt secundum magnitudinem mi-
sericordiæ meæ vt parcerem, effe-
cisti, etiam alio te ampliori hono-
re cumulauit, nam legem meam &
quam aliàs nomine meo appellari
volui, sicut hoc loco: *Lex Dei per-*
fecta, tuo quoque appellari volui,
non verbi huius meministi, *me-*
mentote legis Moses serui mei. Etiam
Israëlitas de nomine meo dictos,
de tuo vocauit, vt, *& recordatus est*
dierum Moses, populique eius: quin &
mutuos tecum sermones agitauit,
& dixit Deus ad Moses, facite vobis
fimbrias, pluribusque aliis locis. Tu
etiam me compellasti, *& dixit*
Moses ad Dominum. Ego cibo po-
tūque non indigeo, tibi quidpiam
simile accidit, scribitur enim: *&*
fuit ibi Moses quadraginta dies, &
totidem noctes panem non māducauit,

DE MORTE MOSIS. 53

nec aquam bibit: Ego Deus te pariter Deum vocavi, vt dedi te in Deum Pharaoni. Mihi sunt Propheta, tibi esse volui, & Aaron frater tuus, erit Propheta tuus. Nemo videre me potest, de te scriptum est: & timuerunt appropinquare ad eum. Ego dixi, Posteriora mea videbis, sed non faciem, de te quoque dicitur, & post Mosem aspexerunt. Viginti duabus litteris descriptam legem dedi, illisque omnibus tibi honorem exhibui. Te ad Pharaonem populi mei liberatorem misi, tibi Sabbathi cultum & circumcissionem mandauit, tibi decem præcepta tradidi, nube texti, lapideas quas fregisti tabulas præbui, ita te vnicum in toto terrarum orbe decorauit, cui legem meam tradidi supra septuaginta seniores. His dictis Moses ad se rediit, Deoque

d iij

54 DE MORTE MOSIS.
gratias confessus; Domine, tu plu-
rima mihi tribuisti quæ ego fa-
teor, omnesque mecum sciunt.
Tu solus Deus, nec alius præter te,
nec ullus tibi similis est, tu supe-
rûm atque inferûm creator, in
omnia desinunt, omnium idem
quem auctor; quis fortitudinem
tuam enarrabit, hoc vnum sup-
plex oro, Iordanem mihi tran-
sire liceat. De. Mose, Ego duo iu-
rasse memini, primum, te Iorda-
nem non transiturum: alterum,
me Israël non deleturum, si tamen
hæc mea sacramenta negligere tibi
cordi est, age, tu quidem viues, sed
ego Israël delebo. Mos. Domine,
porrò hæc fraus est, tu funem ab
vtraque parte retines, pereat Mo-
ses, milleque illi similes antequam
vel vna de Israël anima tollatur.
Sed quid homines dicent? illi pe-

DE MORTE MOSIS. 55

des qui cœlos calcarunt, manus
quæ legem susceperunt, os quod
Dei audire & reddere voces me-
ruit, misericordiam consequi non
poterit quanto magis aliis diffi-
lem. Obseruat R. Iochauan decies
mortis vocabulum in Scriptura de
Mose vsurpatum. 1. *Ecce appropin-*
quauerunt dies tui ad moriendum. 2. *Et*
mortuus est in monte. 3. *Quoniam ego*
morior. 4. *Noui quia post mortem meâ.*
5. *Et Moses filius centum & viginti*
annorum cum mortuus est. 6. *Et mor-*
tuus est ibi Moses seruus Domini, &c.
Scilicet, decies decreuerat Domi-
nus, Mosen Iordanem non transi-
turum, nec promissam terram in-
gressurum, nondum tamen ratum,
fixumque hoc crediderat Moses,
donec ipsi per Angelos cognitum
esse voluit, audiuitque *flumen hoc*
non transibis, nec tamen isti dicto

fidem aduertit: meminerat sæpius
 Israëlitas ingentia commisisse
 peccata, pro quibus cùm orasset,
 veniam obtinuerat. An igitur, in-
 quiebat, me in fontem proque me
 ipso supplicem, Deus non audiet?
 Hæc agitantis, contemnentiſque
 necdum orantis mortem Deus de-
 creuit, magnumque Diuinitatis
 ſuæ nomen ſic futurum iurauit,
 ſicut ſcribitur: *non duces congrega-
 tionem iſtam.* Moſes vt ſtatutam
 ſibi mortem cognouit, ieiuniis
 precibusque Numinis pacem ex-
 poſcere non deſtitit, uſque dum,
 uti putabat, Deus irritum decre-
 tum ſuum redderet. Itaque ſacco
 indutus, ac cinere aſperſus, Deum
 quingentis ſuprà quindecim ora-
 tionibus aggreſſus eſt, donec con-
 cuſſus cœlorum terræque ac re-
 rum omnium ordo, vniuerſi finem

adefse metueret; verum filia vocis inanis istius metus admonuit, non quidem vltimum hoc instare momentum, in eius tamen potestate, *omnem viuentis animam ac spiritum hominis esse.* Homo ille Moses est, vt hoc loco, & *Moses homo mansuetus* valde: igitur per omnes cœlorum partes, Angelorumque ordines edixit, ne quisquam acceptam Mosis orationem offerret. (Angeli cui præconium cœleste committitur nomen est Acraziel) statim ergo omnes orbium Principes Numinis mādato ad olympi portas concedere, easque diligenter claudere, quò Mosaicæ orationis ascensum impedirent. Tum verò cœlos moueri, terram imis à radicibus concuti, omnesque creaturas terreri, quandoquidem Mosis preces gladio omnia secanti

pares erant; etenim ineffabile Dei nomen cuius vsum ab Zingaele magistro didicerat, vsurpabat. Hoc indicauit Ezechiel his verbis:

Et audiuit vocem magni terræ motus.

Per magnum terræ motum Mosē designat, de quo scribitur:

Moses vir magnus valde. At Cæli, superique Seraphim cū minus acceptas Mosis preces viderent, longiorisque vitæ negatum spatium. Benedictus, inquebant, Dominus ante quem nec holocausti, nec personarum est acceptio, siue in dignitate sint, siue non sint. Vnde verò Mosē quingentas ac quindecim orationes orasse patet, ex voce *אנין* orabo, cuius litteræ totidem preces notant, dixitque: Domine, quanta tuli propter Israël vsquedum tibi peculiarem populum & hæreditatem nomi-

nis tui fecisti, ego illos infœlices vidi, fœlices non videbo, an tua lex fallit, hæc ait: *in die eius dabo illi mercedem suam.* quam verò accepi? annorum quadraginta quos propter filios tuos insumpsi in Ægypto in mari, in deserto, in lege, in præceptis quæ illis custodienda tradidi, scilicet, eorum labores aspexi, quibus cum optatum finem imposuisti vitæ meæ, momenta ultra prorogare renuis, mihiq; vel transeundi Iordanem moram recusas; à quadraginta annis vsq; modo, nonne fui docens doctrinam & sedens in Synagoga? De. ideò multa tibi in futuro sæculo parata sunt, etenim omnibus Eden delitiis affatim tibi frui dabitur, sicut scriptum est: *faciam hæredes amicos meos & implebo thesauros eorum.* His iustos designat qui legem

in charitate seruarunt. Samüel trecentum ac decem iustorum in futura vita Myriadas intelligit: qui legem seruarunt, quorum singulis trecentos supra decem mundos Deus retribuet. De. instat vitæ tuę finis, non amplius Solis Lunæque aut stellarum indigebis lumine, sed nec cibo vel potu, vel vestibus: non oleum capiti tuo infundes, non pedes calceos indues, ego gloria ac decore meo tibi lumen ac omne vestium genus ero, splendore meo faciem tuam illustrabo, dulcedine fauces rigabo, de Cherubinorum curribus tuum instruam, virgæ etiam meæ, quæ arcanum nomen meum inscriptum gestat, & in qua terrarum orbem creauit, eius ego tibi specimen præbui; hæc vna est ex octo millibus septingentis & sexaginta

DE MORTE MOSIS. 61
futuri sæculi virgis. Mos. Domine
multa dum vixi miracula &
prodigia feci, Iudæos Ægypto te
auxiliante eduxi, mare scidi, man-
nam cælo deciduam illis præbui,
aquas amaras dulces reddidi, le-
gem eiusque præcepta, quot in
homine membra, in anno dies
sunt, dedi, multa etiam bella pu-
gnavi. De. Satis hoc superque tibi,
aduenit Iosuzæ tempus quo Israël
reget, inde per manum Salomonis
discipuli tui scribam: *ortus est sol,*
& occidit sol. Mos. Domine, si me
fato defungi oportet, ac locum
meum, aut filij mei, aut saltem ex
Aharone nepotes obtineant. De.
illos in terram promissam Iosue
deducet. Tum verò Moses vt fir-
mum futuræ suæ mortis decretum
intellexit, totum quod illo capite
describitur gessit. Et iuit Moses &

loquutus est ad eos à vigesima secunda Thibjad primam Schebet, scilicet, nonaginta & quinque dies fluxerunt ab eo quo decies illum de instanti fato monuerat, igitur *in una mensis Schebet* septuaginta linguis legem interpretatus est, וירך משה באר היטב & alio loco וירבר vnde verò de mense Schebet cōstat ex illo, ויהי בארבעים שנה בעשתי *Et fuit in 40. ann. XI. Mens. in una mensis Schebet*, scilicet, vsque ad septimam Adar tringinta dies fluxere, quibus populo legem explanauit, septima demum fato defunctus: ipse à filia vocis monitus mortis diem sciebat Chalbo ait eum quo die hominem exiit tredecim legis exemplaria propria manu descripsisse, quæ singula pro Tribuum numero diuiserit, emendatissi-

mum verò media iam die in arca
 collocarit. Tum & viros & fœmi-
 nas de legis dignitate ac custodia
 monitos esse iussit, quæ omnia
 obseruabis hoc loco לקוח את ספר הזה
 accipere librum fœderis,
 &c. Alii memorant cælo de-
 lapsum Gabrielem Angelum ac-
 ceptam à Mose legem eius in ho-
 norem superis ostendisse, vt scri-
 bitur צדקה ה' עשה ומשפטיו עם ישראל:
*iustitiam Domini fecit & iudicia eius
 cum Israel.* Nec eos intra limites
 illius gloria stetit, nam iustorum
 animas secunda ac quinta die fe-
 stisque legere ac illi operam dare
 prodiderunt. Addit Iaschia, Mo-
 sen hac ipsa hora maximum Iosue
 honorem exhibuisse coram Israël,
 cuius per castra præconem discur-
 rere iussit omnes conuocaturum,
 vtnoui-*Prophetæ verba intellige-*

64 DE MORTE MOÏSIS.
rent, ipse aureum solium, distin-
ctam margaritis coronam, regium
pileum, ac purpuream vestem ad-
ferri mandauerat. Subselliis inte-
rim Iudicum, Principum ac Sacer-
dotum dispositis. Tandem in solio
collocatum Iosue, Regio ami-
ctu indutum, in conspectu populi
coronauit, sedentique proximum
Caleb Iechoniæ filium statuit, qui
populum alloqueretur. Iosue au-
tem præsentibus omnibus hæc di-
xit:

*Astriferi cælorum orbis, palantia
mundo
Sydera, & immenso quæ pendes aëre
tellus,
Ponderibus librata tuis, vos ardua
montes
Culmina, vos etiam depresso ad inania
valles,
Omnia quæ certa numen sub lege
creauit* *Singula*

DE MORTE MOSIS. Et

Singula nunc laudate Deum, nunc
dicite sacrum

Carmen, & in sanctas nunc ora resol-
uite laudes.

Tu verò ante omnes decus Ætheris, ar-
dua cæli

Quæ colis æterno legio vicina Tonanti
Alituum sublime genus, cognata Deo-
rum

Agmina, vos celeres stellata in veste
Ministri

Ducite diuinas cælesti à pectore voces.
Vos Iudæa manus, superi, comitetur
ouantes

Felicesque addent Iacob tentoria can-
tus:

Unicus hic Deus est cuius præcepta
tueri,

Summissóque iuuat venerari numina
cultu.

Certa salus profugæque olim fiducia
gentis.

66 DE MORTE MOSIS.

*Improba deleuit sceleris vestigia nostri.
Nos soli delubra tibi, tibi ponimus aras
Sancte Pater, cuius valida miracula
dextra*

*Æternumque decus, vastaque opera
ardua mentis,*

*Nulla hominum voces referant, tu
pacta fidemque,*

*Et promissa tuo seruabis fœdera Mosi;
Bis sex ille vias pelago monstrauit
aperto,*

*Dum fugit ereptus Pharij vexilla
Tyranni:*

*Quotque hominis sunt membra, dies
quot computat annus*

Tot præcepta dedit.

Iosue autem triginta sex annos
in deserto Mosi famulatus est, vt
ex hoc loco patet: Et famulus eius
Iosue filius Nun adolescens. Cùm ve-
rò instare fatalem horam Moses
intellexit, iussusque est Iosuem vo-

care, ac illi quæ oportebat mandare: fortasse, inquiebat apud se, propter discipulum meum morior, qui Iudæis imperare debet, ideoque & Iordanis transitu, & terræ bonis frui prohibeor, ut quid hoc imperium mihi? satius est Iosua regnare dum viuum. Sicque à prima mensis Schebet ad sextam Ader, Moses mane & vespere ad Iosua iuit, eique omnia quæ discipulis magistri solent officia, exhibuit. Singulis diebus media nocte surgebat, ad portam illius pergebat, aperiebat, excusam vestem ad caput, calceos terfos ad lecti latus collocabat, pallium, vestem, sudarium, aureum pileum, gemmeam coronam, singula nitida aureo in pulpito statuebat, dein aquas lauandis ex ritu manibus & auream

paropsidem ponebat. Vix somnum excusserat Iosue cum eius tabernaculum Mosæici ad instar ornari ceptum est, ipse aureum sedile byssina pulchraque veste constravit, omnemque pretiosam suppellectilem famulorum de more curavit. Mox Israëlitis illius ad eundi licentiam publico præconio fecit, eumque toti populo ducem à Deo designatum prædica-
 uit. Hoc audito timidi omnes ac solliciti, væ illi terræ, inquiebant, cuius rex iuuenis est; verum audita de cælo vox, *Et Israël, ait, iuuenis quoque est, & qui Israëllem amat: Tellus ipsa dehiscens se quoque iuuenem aliquando fuisse, tandemque senuisse clamavit. Interim congregati Seniores ac Principes Tribuni, Centuriones, & Decuriones omnes Mosis iussu sederunt, ipse*

DE MORTE MOSIS. 69

euigilanti Iosue vestem præbuit. Ut vidit, ut puduit, protinusque indutus Mosis pedes affunditur. Præceptor, inquit, noli me acerba morte interficere, hoc enim inscio mihi à Deo conceditur imperium. Ne timeas fili, ait Moses, quæ mensura mensus es, eadem remitti placet. Tu mihi læto vultu obsequium exhibuisti, nunc ego tibi. An num à me edoctus es? *Socium tuum sicut te ipsum diliges* Num alio loco discipuli gloriam ac nostram æquali loco habendam monui? Denique non destitit Moses vsque Iosuam inuitum Regio ritu in solio collocavit, ipse stans reluctanti non modo ministravit, sed & gloriæ quæ à Deo sibi tradita habuit, cornua concessit. Et enim eo momento Zinghiel præceptor eius Angelici ordinis scri-

ba, omnia legis arcana illi abstulit. Postquam ritè vt decuit, ornatus est, populumque expectare plures retulerunt, Moses Iosua præcedere iubet, quod insolens spectaculum oculis Israëlitæ arbitrati, steterunt: sedit in solio nolens Iosue, flensque cum Iudæis pariter flentibus, tacitoque secum animo versans quid tantum honoris illi Moses detulisset. Tunc tenuissima cœlitus vox insonuit quæ Mosis quinque tantum horas vitæ superesse nuntiavit. Moses in lachrymas & clamores effusus de constituendo Iosua Principe verba fecit, amboque legem Israëlitis interpretati sunt per quam simillimè: vox diuersa quidem, sed vti Regum vniones pares esse solent, vox tamen consensusque idem loquentium fuit. De his intellexit

DE MORTE MOSIS. 71

Salomo: *Verba sapientum sicut aculei super eos ad sedentem in hortis.*
Domine Rex mundi, clamabat Moses, si me propter discipulum reijcis, ego illius discipulus ero. Si ille Sacerdos magnus, ego priuatus; obtineat Regis locum, ego serui. Ego, respondit Deus, iuravi nomen meum, magnum illud quod cœli cœlorum non capiunt, te Iordanem non transiturum. Mos. Si permittis ego in nomine tuo ineffabili auis ad instar volabo, brachia pinnulis, capillos squammis mutabo, sic Iordanem transire ac terram intueri licebit. De. Ita si feceris, ego Sacramenti mei negligens fuero. Mos. Igitur, Domine, ego supra nubes ascendam, staboque tribus parasangis altior Iordane, atque ita terram videbo. De. Tunc iusiurandum

72 DE MORTE MOSIS.
meum violabitur? Mos. Domine,
partes corporis mei in frustra di-
uisi trans Iordanem abijce, ac me
demum, miraculo, vitæ restitutum
terram hanc calcare iube. De. Ita
quoque quidquid iuravi non fiet.
Moses. Saltem in visione oculi
terram iube me intueri. Placet
hoc, ait Dominus, scriptum est
enim *Ex proximo terram videbis in
eam autem non transibis.* Igitur Deus
Mosi octoginta miliaria ostendit
vnius ad instar areæ horti in me-
dio, oculisque illius hanc vim in-
didit vt abscondita in alto, & oc-
cultata in patulo & remota in pro-
ximo cerneret, adeò vt totam
vnico obseruaret obtutu, dixitque
*Hæc est terra quam iuravi Abraha-
mo.* Tunc tertio eadem cælitus vox
insonuit, quid tute vexas? trium
adhuc horarum spatium tibi su-

perest: Domine, ait Moses, quando Iordanem transire prohibeor, relinque me in Tribu Reuben & Gan viuere modo liceat, Iosue promissam terram ingreditur, & in ea principem aget. De. At si hoc acciderit frustra scripseris, *Semel autem in anno videbit, &c.* Certè Israëlitàe cùm te ad festa non ire viderent, quid dicturi? ipse qui hoc vobis præceptum tradidit, cuius à manu legem accepimus illius incurioso esse licet, multò magis & nobis, quin & volui septimo quoque anno semitam esse, quo vniuersus Israël faciem Domini videre accurret, hæc omnia per te irrita erunt; adde Iosue tempus adesse, qui cùm in festo legem audienti populo interpretabitur, singuli animo versabunt. Ut quid à discipulo legem disci-

mus, nonne à Magistro discere factius est, ita per te vilescet. Dum hæc fiunt, labitur altera hora, iterumque vox duas Mosi tantum superesse horas monuit. Samael malorum Princeps ad omne momentum anxius stabat, exultans quando Mosem occidere, eiusque animam tollere liceret. At verò Michaël Israëlitarum tutela, ut Samaelem lætitia gestientem aspexit cum cum lachrimis ac clamore sic compellauit. Nequam, ego lugeo, tu rides, alij dixisse prohibent. Noli gaudere inimica bestia, cecidi, & surrexi, cecidi in morte Mosi, surrexi in principatu Iosuaë, quando triginta supra vnum Reges sub eo cadent, habitabo in tenebris excidij & primi & secundi templi, Deus mihi lumen erit in diebus Messiaë. Tunc rur-

DE MORTE MOSIS. 75

sus vox vnicum tantum vnus
 horæ superesse spatium insonuit.
 Domine, exclamauit Moses, ma-
 neam sicut auis, quæ per omnes
 mundi plagas volitans de terra ci-
 bos colligit, de fluminibus bibit,
 ac demum sub vesperam nidum
 repetit. De. Satis multumque tibi.
 Mos. *Rupes innocentis opus eius*, id
 est, tutela, protectio. Subitoque
 cum fletu, ad quæ, inquiebat, con-
 fugiam, vt pro me Dei pacem im-
 petrent, nec mora ad omnes crea-
 turas conuertitur, orat, pro se
 Deum exorent. At illæ pro nobis
 ipsis nihil possumus quando scri-
 ptum est: *Omne autem fecit pul-
 chrum in tempore suo*, ac tandem
 subiicitur: *Omnia ad vnum locum
 vadunt*; Denique additur: *Cæli si-
 cut fumus consumentur, & terra si-
 cut vestimentum veterascet.* Moses

vt fatalem instare horam aduertit,
 nec vllam effugij spem, Iosua
 vocatum sic alloquitur: Fili, po-
 pulus iste quem ego fidei tuæ
 committo, populus Dei est. Pueri
 nondum legem ac præcepta edo-
 cti sunt, hoc cura & satage, nec se-
 cus quidquam illis tradideris, sunt
 enim Dei primogeniti, illique su-
 præ cæteras gentes carissimi. Hoc
 ipso momento Deus Iosue impe-
 rat, Moses præceptor tuus te lo-
 cum suum habere iubet, tolle vir-
 gam, *superque capitis verticem per-
 cute sicut dicitur: non prohibebis
 disciplinam, quoniam iuuenis Israël
 & qui amat illum.* Dixit etiam Io-
 sue Mofi, Præceptor non magno-
 perè sapio, fortasse illos in mon-
 te habitare iubebo, at in planitie
 volent. Ne dubita, respondit
 Moses, Deus hac in terra illis pa-

eem promisit; interea quidquid volueris interroga, imminet mihi mors, neque me amplius videbis. Iosue; Præceptor quomodo inter diem & noctem distinguis, in hoc errare mihi procliue est. Omnia de quibus nõ interrogauit quæ grauia quæ leuia 3000. obliuioni tradita memorantur, in Academia Iabetz. Moses vt soluta Iosue dubia intellexit. Accede, inquit, ad me, & vltimo te osculo salutabo; accedentem osculo, fletu ac benedictione excepit, eius ceruici incumbens, dixitque: Tu & Israël in pace manete, illi nusquam eam quam par erat animi mansuetudinem in me inuenerunt, propter crebra monita quibus illos increpui, statimque singulis Tribubus benedicere aggressus. Postquam

urgere horam intellexit, omnes vnica benedictione complexus est, vltimoque, filij ego vos multum & lege & præceptis fatigauit, cuius veniam à vobis peto: Parcat tibi Deus, subiecerunt. At nos sapius te ad iram prouocauimus, pluresque tibi molestias exhibuimus, ideóque veniam precamur. Hanc vobis tribuat Dominus, respondit Moses, accedentesque ad Deum laudantes his iterum interpellauit, Quæso cum promissam terram ingressi fueritis, mei, osiumque meorum memoriam habete, sapiusque dicite: Væ filio Amram qui ante nos equi ad instar cursitauit, & tamen eius ossa in deserto iacent. At illi, Præceptor, quem post te nobis ducem relinquis? Mos. Quo tempore vo-

biscum fui, Deus Optimus Maximus vos rexit, omnia verò signa & prodigia quæ per manum meâ fecit, illa vestra non mea causa facta ex plenitudine misericordiæ eius mementote, in eo si spem vestram collocaueritis, votorum irritos non dimittet. Israëlitiæ tunc in preces effusi, Dominus Deus, Dominus Deus noster, protectio ac fortitudo nostra. Interea iterum de cælo vox, Quid tu te vexas, dimidia tibi tantùm superest hora. Cum verò animo maximas quas Deus populo suo præbiturus esset consolationes intellexisset, O vos fœlices! quis populus sicut tu saluatus in Domino. Tandem vltimam cum fletu ac lamento salutem precatus est. Valet, ego vos in resurrectione mortuorum iterum videbo. Sic ab illis

ib

cum lachrimis, illi ab eo lugentes discesserunt, ipse lacera veste, pallio caput lugentium de more tectus, tentorium ingressus est sæpius ingeminans : Væ manibus meis quæ fructus terræ melle & lacte fluentis non decerpent, & palato quòd non gustabit. Rursus vox de cælo, de momèto momentique medio monuit. Igitur ineffabile Dei nomen in volumine describit, ac legem, atque ad Iosua tabernaculum pergit. Sedebat ac legem interpretabatur, stetit Moses, seque minuens manu faciem textit, Iosue vsque dum animo suo satisfecit, nihil Mosen inspexit. Populus ad Mosen inde ad Iosiam iuerat, quem vt sedentem stante Mose videt: Quid rei est, exclamauerunt omnes, quod stante Mose tu sedes. Iosue vt vidit,

dit, ô Pater! ô Præceptor! magna voce, inquit, cur me reum facis, & cùm dicto Mosen licet abnuentem vti legem doceret, vrgebant. Delapsa cælo vox à Iosua discedent imperavit, qui caput omniũ ac princeps in posterum futurus esset. Samuël Nahmaiudes Ionanem ait prodere, quo momento Iosua dixit: *Benedictus qui elegit iustos.* Tum verò à Mose ad Iosua sapientiam concessisse, qua & Mosen superarit. Postquam stetit Iosue, populus vt legis interpretationem absolueret, iubebat, dumque quid responderet nescius hæret, Moses terræ applausus sic oravit: Domine, vsque modo vitam petij, nunc verò anima mea in manu tua est. Vix finierat cùm Gabrieli Angelo Deus imperavit Mosis animam abduce-

ceret. Domine, ait Gabriel, quis sexaginta Myriadibus parere possit; egone illi vitam tollere, ego contra obistere valeam. Idem & Michaël respondit: Tertio Zinghiel idem exequi iussus, ego, inquit eum docui, quid me discipulum occidere iubes. Tunc verò Deus Samaeli Mosis mortem mandavit, ille lætissimus animo ad sævitiam obfirmato, ensẽ accinctus, & irarum plenus ad eum contendit. Emicabant Mosis ab ore scintillæ ignis, vultus, verbaque Solis ad instar radios emittabant, prorsus Angelo similis videbatur. Trepidus Samaël, cæteri omnes Angeli, inquebat apud se, hoc mandatum virium suarum conscij recusarunt: Samaelem autem Deus Mosis venturum significauerat, quem vt in-

spexit, nimio vultus fulgore con-
 sternatum terræ applausit, pri-
 musque obmutescentem com-
 pellauit, Samaël, Samaël, nulla
 pax improbis, inquit Dominus,
 quid tu hîc adstas. Sam. Venit tibi
 summa dies, da mihi animam
 tuam. Mos. Quis te hîc misit?
 Sam. Qui orbem creauit, & ani-
 mas, quas omnes potestati meæ
 ab orbe condito tradidit. Mos.
 Ego creaturis omnibus fortior
 sum, nam & circumciscus ex vtero
 matris meæ veni, & quo die lucem
 vidi, eodem cum patre ac matre
 mea loquebar, nec mihi vbera
 potum præbuerunt, sed sicera
 anno tertio prophetizauit, méque
 legis suæ auctorem Israëlitis Deus
 destinauit, Pharaoni coronam
 abstuli, octogesimo ætatis signa
 & prodigia feci, sexaginta Myria-
 f ij

das hominum Ægypto eduxi, bellum cœpi, & nube, Ægyptiorum tela excepi, mare in duodecim fecui, aquas amaras in dulces conuertii, lapideas tabulas excidi, cœlos ascendi, Deum coram adorauit, superos ipsos vici, legis acceptæ sexcenta & tredecim præcepta à Domino tradita, populum docui : Duos Reges quorum ad genua vsque, Diluuij aquæ non peruenerant profigaui, Solem ac Lunam stare iussi, quis hominum mihi similis est? I nequam! exi à facie mea. His Samaël territus aufugit. Vltimò vox dimidium Mosis superesse momentum admonuit. Samaël ad Dominum rediit, aitque. Egredere, & da mihi animam eius, succensuit ei Deus, sed ille, Domine si dixeris I, & conuerte *Gehennam à superiori gra-*

DE MORTE MOSIS. 85

du ad inferiorem, hoc sine mora
exequi certum est, verum ante fi-
lium Amram stare nequeo. Pro-
fus quadrigæ Seraphinis similis
est, non modo eius ab ore flammæ
rutilant, sed etiam vultus lumen,
diuinam quoque maiestatem ob-
jicit, quæso ad illum vt redeam,
imperare noli, nec enim cum su-
perare potero. Scelerate, respon-
dit Dominus, tu ex Gehennæ igne
creatus es, & in Gehennæ ignem
reuerteris, à me magno cum gau-
dio discessisti, vt verò Mosis glo-
riam vidisti, cum pudore reuersus
es. I modo atque animam eius
corpore eductam huc mihi siste:
nihil cunctatus educto vagina
gladio Mosen petit. Iratus Moses
inuentem virga Dei, cui ineffa-
bile inscriptum nomen erat ferit,
objurgatum ac increpitum fugere

f iij

cogit, dùmque insequitur arcani nominis potestate, percussum virga capit, captique oculos lumine gloriæ excæcavit. Labitur interim medium momentum elapsúmque cœlestis vox indicavit. Tunc effusus in preces Moses, Domine, memento te mihi in rubo apparuisse, cœlos imperio tuo conscendisse, quadraginta dies totidémque noctes absque cibo & potu transegisse, Misericors & Clemens Domine, noli me Angelo mortis tradere. Suscepit precantis orationem Dominus, atque ait: Ego ipse descendam, téque sepeliam. Igitur Moses vt Seraphinus gloriæ iam paratus, Dominum de cœlis descendentem expectavit, quem vt vidit, humi iacens, Domine in pietate ac misericordia orbem tuum creasti, qui-

bus & illum gubernas, mecúm-
 que cum iisdem, vt sis supplex,
 oro. *Iustitia tua*, respondit Domi-
 nus, *ante faciem tuam ibit*. Tres
 Angeli Michaël, Gabriël & Zin-
 ghiel cum Deo descenderant. Ga-
 briël feretrum curauit, Michaël
 purpuram expãdit, Zinghi l vestē
 ad ceruices & ad pedes, Michael
 ab vna, Gabriel ab altera parte sta-
 bat. Tum Deus Mosen ambas pe-
 ctori manus imponere, ac oculos
 claudere iussit, quod vbi exequutus
 est, eius animam sic vocauit. Filia,
 centum & decem annos tibi con-
 stitui quos in iusti corpore com-
 pleres, egredere nunc sine mora.
 Domine, respondit illa, scio te
 Deum spiritum, in cuius potesta-
 te sunt omnes viuentium animæ,
 tu me creasti, tu in iusti corpore
 esse voluisti: quodnam adeo

mundum, adeò purum & Mosaïco simile reperiri potest, muscæ supra illud numquam visæ, nec angustis atque illiberalibus oculis fuit, itaque in eo superesse gaudeo. De. Filia, nihil morare ego te in throno gloriæ meæ proximam Seraphinis, Ophaninis Angelis ac Cherubinis collocabo. Domine, ait illa, bonum est me hîc esse. Aza & Azael Angeli cœlo descendentes viam suam corruperunt. At Moses licet ex carne & sanguine, tamen à quo illi in rubo apparuisti ad vxorem redire noluit, sine igitur me hîc esse. Tùm verò Deus oris osculo animam abstulit, sicut scribitur: *Et mortuus est ibi Moses seruus Domini super os Domini.* Ingens exinde luctus quem primus exorsus est, Dominus sicut dicitur, *Quis surget mihi?*

& Angeli flentes, dixerunt: *Ubinam sapientia inuenietur? Cæli quoque clamarunt; Pius de terra periit. Terra verò, Rectum in homine non est. Stellæ ac Planetæ; Sol & Luna cum Spiritu Sancto addiderunt: Non surrexit adhuc Propheta in Israël sicut Moses.* Iosue mortuum quæsiuit, nec inuenit: Metatron verò, sic Deum alloquutus est; Domine, Moses in vita tuus fuit, in morte quoque tuus erit. Ego, respondit Deus, non solum ob Mosén, sed etiam propter Israël doleo, illi me sæpius irritarunt, iste me placabat, sicut scriptum est: *Iustitiam fecit & iudicia eius cum Israël.* Ille de me dixit: *Dominus in cælis & super eos, in terra & sub ea.* Ego quoque illi testimonium perhibere volo: *Et non surrexit in Israël Propheta sicut Mo-*

90 DE MORTE MOSIS.
ses, qui Deo à facie ad faciem lo-
quutus tot signa ac prodigia for-
titer in Israel oculis fecit.

FINIS.





AMICE LECTOR,
inter plures Manuscriptos li-
bros, quos ex Oriente imma-
ni sumptu habuimus, Libellum
de Morte Mosis eiusdem
cum Veneto & Bysantino
exemplaribus tituli scilicet
בטורה של משה
inuenimus. Eum ideò
quia valdè ab edito diuersus
erat describere ac interpretari
in gratiam tuam voluimus.
Vale.



DE MORTE
MOSIS.

DIXIT Dominus ad
Mosen : *Ecce appropinquauerunt dies tui ad moriendum.* Igitur Iosuum vocat ad tentorium conuentus. Hoc indicant illa verba : *Ecce iustus in terra mercedem accipiet & impius ac peccator.* Scriptum enim est : *Quoniam non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet in terra dixit propter magnam densæ materiæ crassitiem, quæ peccati causa est.* Inde Do-

Etioris Samai dictum memoratur. Omnium *creaturarum*, quæ in cœlis creatæ sunt, anima & corpus ex cœlo est, earum verò quæ ex terra sunt, illarum pariter animæ & corpora terra constant, solo homine excepto, cuius anima ex cœlo, corpus ex terra est. Itaque si Patris sui qui in cœlo est, voluntatem impleuerit, cœlestibus par euadet, quod ipse mox docuit hoc dicto: *Dixi quia Dij estis, & filij excelsi omnes, secus, sicut homo moriemini*. Multùm certè differunt cœlestis ac terrestris materia sicut in Capitibus Eliezer scribitur: Cœli vnde creati sunt, ex luce vestimentorum Domini, patet ex illo: *Extendens lucem sicut vestem*. Terra verò vnde? ex niue quæ sub throno gloriæ est, ex illo: *Niui autem dixit terra esto*. Quam gloriosa est

fapientis illius sententia qui cœ-
lorum materiam ex candore pu-
rissimo lucis vestium domini pro-
nuntiauit, terram autem ex niue
quam sub throno gloriæ esse me-
morant, & quam densum corpus
fateri necesse est. Hunc autem
thronum Maiores nostri ex nihilo
creatum volunt, atque hæc cor-
datis probantur. Per *terram*, mun-
dum hunc inferiorem intelligit,
in quo iustis paucissima in quibus
peccant, mala opera ad hoc fal-
tem illis conducunt, vt ab omni
reatu liberi, futuræ vitæ gaudia
ingrediantur. Quod si iustis retri-
buit Deus minimum quod faciunt
mali, quanto magis peccatoribus
multum quod committunt, retri-
buet. Vnius & quidem leuissimi
noxam in Mosæ adeò vindicauit,
vt promissam eum terram ingre-

di noluerit, quàm longè grauius
 in alios animaduersurum putas.
 Scriptum igitur hoc de illo expli-
 cabis: *Ecce iustus in terra, &c.* quia
 decreuit Deus eum terram quam
 pollicitus erat non ingressurum.
 De illo pariter hæc Salomonis in-
 telliges. *Sub Sole nec velocibus effu-
 gium, nec fortibus bellum, nec sapien-
 tibus panis, nec prudentibus diuitie,
 nec scientibus gratia, quoniam tem-
 pus & euenus omnibus accidunt. &
 nec velocibus.* Velox, Moses est, de
 quo dicitur, *ascende ad Deum, &*
 cui dictum est, *I, descende, & nec
 fortibus.* Fortis iterum Moses est,
 sicut patet ex illo: *Ciuitatem for-
 tium ascendit sapiens, & descendit
 robustus à fiducia, & quando venit
 hora non fuit illi verbum, quæ se-
 quuntur nec sapientibus panis.* Rur-
 sus de Mose accipe, qui sapiens

96 DE MORTE MOSIS.
dictus est, cùm cœlos ascendit,
non comedit panem, nec aquam
bibit nisi de pane legis quo aleba-
tur, de quo scribitur: *Panem for-
tium comedit vir.* Hic vir Moses est,
vt, *Et vir Moses mansuetus valdè.*
Fortes etiam vocantur Angeli mi-
nisterij, vt: *Potentes robore facien-
tes verbum eius.* Vnde Rabbino-
rum dictum. Panis fortium dici-
tur, in quo mercedem capiunt
Angeli, atque hic cibus sufficiens
& paratus, aliàs dicitur, vt in Bre-
schit Raba ad hunc locum: *Vide-
runt Deum, & manducauerunt &
biberunt*, denotat eorum oculos
diuina præsentia pasci. R. Iocha-
nan ait cibus sufficiens, hoc est,
quod dicitur: *In lumine vultus Re-
gis vitæ.* Nimirum cibus hic infe-
rior & caliginosus ex pluribus &
inter se connexis causis hominem
tamen

tamen alternis nutrit & fulcit, quanto magis eum qui videt, concipit, ac mentis oculo intuetur causam causarum, arcanum arcanorum, & omnium fundamentum, non dubium est, hac immortalitate beatitudine feliciter ali ac nutriri. Illa enim sufficiens cibus est, de quo hunc locum interpretaberis. *Fui ibi quadraginta dies & totidem noctes, panem non comedit, &c.* Nimirum cum inualefcit vis animæ separatae per Spiritum sanctum, Creatorique suo quem cogitat, adhæret: tunc segnes reliquos sensus otiosi contingit, & quidquid in abiectione hæc delicias pronum est. Nam cogitationes sensus omnes prætergressæ, Deiq; in medio sui participes clarissimo tunc lumine lætantur, sicut scribitur: *In luce vultus Regis vitæ sic intel-*

98 DE MORTE MOSIS.
liges, *non manducauit.* Quod verò
sequitur, *Neque prudentibus diuitia.*
De Mose etiam dictū puta quem
diuitem factum ex tabularum
scoabe prodiderunt, vt patet ex
illo *Excinde tibi.* Scilicet quidquid
excindes, hoc ad te pertinebit:
Nec scienibus gratia. Iterū de
Mose cui dixit Deus: *Inuenisti gra-*
riam in oculis meis. Vltima, *Tempus*
& accidens omnibus. Vox tempus
Domini dictum ad Mosen indi-
cat: *Aduenit tempus & hora qua tibi*
moriendum est. Notandus est illu-
stris locus, *Effudit in portis mare,*
cūm exiuit de matrice, egressus est, &
posuit nubem vestimentum suum, &
caliginem palliū suum, percutiam su-
per eum statutum meum, & ponam
vectem & ianuas. Deinde; *Huc vs-*
que venies, nec addes vltra huc con-
fringes iumentes fluctus tuos. Sensus

simplex is est, ויסק ברלתים Deus po-
 suit arenam terminos maris בגיחו
 egreditur ex abyfso in qua
 est, sicut puer ex utero matris.
 Verbum autem יסק significat clau-
 dere à radice, מכך operire, tegere.
 At בגיחו מרחם, vt alio loco בגיחו
 מרחם *cùm exit è loco suo, & יגיה*
Extrahet Jordanem ad os suum ויסק
clausit in portis mare.
 Ac si diceret terminum sibi con-
 stitutum non modo non trans-
 gredietur, sed ne quidem ex abyf-
 so ascendet, quamuis hoc natura-
 liter inditum illi sit, vt crescat ter-
 ramque operiat. Hoc tamen ma-
 re cum omnibus vndis, fluctibus-
 que suis nisi ex voluntate Domini
 non præstabit בשושו עני לבושו *Po-*
suit nubem vestem. Oceanum à fi-
 nibus terræ, ad cælos vsque ex-
 tensum, nubes circum cohíbent

teguntque vestis ad instar. חתולתו
inuolucrum explica, vt in illo: *Sicut*
inuoluendo non inuoluta fuisti אשבור
 חוקי עליו חוקי Ac si dixisset, percutiam
 foedus meum, quo posui arenam
 terminos maris שבירתה, כריתה, ברית
 חוקי *statutum, decretum, pactum, fœ-*
das idem notant. Chaldaeus אשבור
 explicat פרוקיק alij *feci* שברי quæ.
 illum impediunt ne prætergredi
 possit; sicut in illo loco: *Et perse-*
quuti sunt eos ante portam usque ad
 שברי. Significat autem ea vox,
 fossas, in circuitu vrbs. Hic sen-
 sus litteralis est, allegoricus verò
 de mose intelligitur. חסך de ab-
 soluto Dei decreto accipe, quo
 eum promissam terram non in-
 gressurum statuit. בניחו מרחם pre-
 ces quas orauit, neque obtinuit:
 לבושו בשומו ענן *nubem amictum po-*
suit, ex illo assequi potes. *Et inuit*

Moses per medium nubis. At illud & Caliginem pallium, ex alio, & Moses Caligini appropinquauit. Ista verò
 חוקי עליו חוקי אשם בריח ודלתים. *Non adduces turbam hanc. ponam uectem & ianuas. Ianuam illi clausi, dixique, Ne verbum amplius mihi dixeris, & huc usque venies, non ultra, terram è regione aspicias verùm ingredi non licebit.*
 ופה ישית בגאול גרליך. *Huc compones tumentes fluctus tuos. non leges גרליך fluctus tuos, sed גרליך etatem tuam.* R. Iochanan nomine R. Simeon filij Iehosadak Deum sic Mosen compellasse scribit: generationes generationes, & ætates ætates sunt, at generatio tua atque ætas præteriit, tibi decretum tempus abiit, mors imminet. הן *Ecce appropinquauerunt dies tui ad moriendum.* Domine, respondit Moses, hoc præmium rependis, vt qua te

lingua ante sexaginta Myriades
 laudaui cūm dixi ꝑ ꝑ *Ecce Domino*
Deo tuo cæli & cæli cælorum, eadem
 tu & lingua, & voce mihi mortem
 nunties ꝑ ꝑ *Ecce appropinquauerunt*,
&c. R. Iochanan, Regis parabo-
 lam adfert qui artificio acuendum
 ensem tradiderat, mox ait, finite
 in crastinum, ego illi caput eo am-
 putabo. Sic Moses Deo dixit ꝑ ꝑ
Ecce Deo tuo cæli, &c. At Deus Mosi
 ꝑ ꝑ *Ecce appropinquauerunt dies tui*
ad moriendum. Deus tamen ita Mo-
 sen redarguit: Non ita est, vt tu pu-
 tas, nam ego te, in voce, in qua tu
 me laudasti, honore affeci, scili-
 cet, in dictione ꝑ ꝑ. Mihi non est
 similis, sed nec voci ꝑ ꝑ, nec tibi.
 8. 1. cum 10 9. decem constituit 7.
 4. & 1. 6. iterum decem. At ꝑ ꝑ nisi
 secum iuncta eundem numerum
 non efficit, quia parem non ha-

bet. Atque hæc de n littera, idem
 etiam notabis in ꝑ, quæ dictionem
 ꝑn perficit. ꝑ decem ꝑ nonaginta
 100. faciunt. ꝑ 20. ꝑ 80. iterum 100.
 ꝑ triginta ꝑ septuaginta rursus 100.
 ultimo ꝑ 40. & ꝑ 60. 100. ꝑ nisi du-
 plices non est illi similis, nec tibi.
 Voca tamen Iosuaam nam tibi
 mors imminet, propter eum igitur
 morior, ait Moses, D. ita est Iosua
 suæ gloria te expellit. Mos. Si ira
 est, regnet, ego imperio lubens
 carebo. D. An tu illi, quod ille tibi,
 facies. Mos. Faciam. D. Voca. &
 ambo in tabernaculum pergite.
 Moses summo mane Iosuaam ad
 limen præstolatus, egredien-
 tem præceptoris nomine saluta-
 uit, pauidumque ac in genua pro-
 cumbentem & excusantem sic ag-
 greditur vis me viuere. Ios. Volo.
 Mos. Deus futurum tuum hono-

rem meum expellere dixit, patere igitur ea tibi omnia tribuam quæ tu olim mihi, tu me ad ianuam expectare, tu ad sinistram meam incedere solebas, ea tibi nunc redhostio. Parauit Iosue eaque singula Mosen exequutum tulit, ingressi sunt in tabernaculum sicut scribitur קרא את יהושוע &c. Et iterum ויחך משה ויהוה, visus est Deus in tabernaculo in columna nubis, stetitque super portam inter Mosen & Iosuaam. Moses extra, Iosue intra versabatur. Hoc ipso momento clamauit Moses, centies mortem, quam inuidiam semel feram. Nec segniter tunc illam optauit, dicens: Domine quid peccaui vt moriar. De. Propter peccatum Adami morieris, de quo scribitur: *Ecce Adam sicut vnus ex vobis.* Hoc est quod alibi dicitur:

Paruus & magnus. De quo Iob dixit hunc versum, de Adamo cum decreta illi mors fuit, verè tunc ita loquutus perhibetur. Nec sapienti sapientia, nec prudenti prudentia, nec Regi Regnum prodest, licet Angelos aliquis superet nihil hoc illum iuuabit, non si omnes orbis diuitias pro anima offerat: Domini enim est terra & plenitudo eius, omnesque animas in potestate sua habet (in manu eius est anima omnis viuens) idèoque si Angelum mortis rogauero, vel vnius horæ spatium non impetra-
bo sicut scribitur: *Homo non potest spiritum, &c.* sic intelliges: *Paruus & magnus, &c.* Paruum Dauidem Israël Regem puta, de quo scribitur: *Et Dauid paruus erat.* Magnus autem Moses est de quo dicitur: *Et Moses magnus valde.* Illum

Iobinnuit: *Si ascenderit cœlos super-*
bia, &c. Ipse enim licet cœlos af-
 cenderit & caliginem calcauerit,
 tamen mortuus est: Ideoque sic
 Deum adorabat. Domine in va-
 num calcauerunt pedes mei caligi-
 nem, frustra sicut Angelus mini-
 sterij fui, frustra tecum loquutus
 ex ore tuo legem accepi, post fi-
 lios tuos cucurri, si mihi nunc mo-
 riendum sit. De. Adamum ante
 ad mortem damnavi. Mos. Huic
 tu leuissimum præceptum seruan-
 dum tradideras, quod neglexit;
 at ego non ita feci. De. Abraham
 qui nomen meum sanctificauit
 mortuus est. Mos. Ismaëlis pater
 est cuius posteritas te ad iram pro-
 uocauit. De. Isaac qui sacrificio se
 obtulit. Mos. Hic Esau genuit
 cuius filij templum tuum incen-
 dio & ruina vastarunt. De. Iacob

quoque periit ; at ille duodecim
 Tribuum pater est. Mos. Verum
 hoc quidem est, sed neque pedi-
 bus suis caliginem Angelorum ad
 instar calcauit, nec alternos te-
 cum sermones conferuit, nec à te
 legem suscepit. De Satis est, mo-
 rieris, hoc ab Adamo. Mos. At
 dicent homines, vixisset Moses,
 nisi Deus in eo peccatum inuenis-
 set. De. De te scripsi in lege mea:
*Non surrexit Propheta adhuc in
 Israël sicut Moses.* Mos. Dicent me
 Iuuenem paruiffe, senem verò
 præcepta tua neglexiffe. De. Mor-
 tis tuæ causam ex illo scient, *quia
 peccastis contra me in medio filiorum
 Israël in aquis contentionis.* Duo præ-
 stantes duces Israelitis fuerunt,
 quorum alius dixit: *Scribatur pec-
 catum meum,* alius dixit: *Ne scriba-
 tur.* Dauid optauit ne scriberetur,

108 DE MORTE MOSIS.

ait enim: *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Moses verò scribi voluit: nam peccatum quod peccauit ipsemet indicat: *Quia non sanctificastis me.* Rem totam parabola explicant de Rege, cuius vxores quas duas duxerat, ambæ vapularunt. Prima, quia blasphemauerat, altera, quia ficus immaturas comederat: illa postulauit à Rege vti peccatum suum describeretur, ne ob blasphemiam pariter videretur excepta. Rex collo appensas ficus gestare voluit, acclamante præcone & causam cur flagris cederetur, populum docente. Sic accipiens hic locus *וְאֵשֶׁר לֹא קִדְשְׁתֶּם* *quia non sanctificastis.* Non enim erat hoc peccatum graue, de illo tamen tamquam de grauissimo loquitur, propter vtriusque excellentiam.

Ut ostendat se cum iustis accuratè
 agere, vitiùmque vt capillos capi-
 tis solent, pensitare. Multi in quæ-
 rendo hoc peccato operam po-
 fuerunt, nec tamen assequuti sunt.
 Aliqui putant Deum imperasse
 vti populo loquerentur, quod ne-
 glexit Moses, imò bis rupem per-
 cussit, ideòque pœnam meruerunt.
 Aben Esra scribit, pars totum se-
 quitur, eique coniungi amat: hinc
 noua prodigia ac miracula expe-
 ctare facilè, quorum potestas pro-
 more penes Mosen esset. Hoc illa
 volunt. *Nomen meum Iehoua illis
 notum non feci.* Deus quidem vt lo-
 querentur iusserat, quod exequuti
 non sunt, propter populi cum
 Mose dissidium, qui ideò iratus &
 spiritu suo & diuinæ maiestatis
 præsentia quæ mœstos auersari
 solet, orbatus est. Itaque rupes nisi

110 DE MORTE MOSIS.

percutta bis, aquam non præbuit.
 Hoc voluit David; *Irritauerunt
 super aquas contentionis, & malum
 fuit Mosi propter eos, quia contrista-
 runt spiritum eius, & temerè loquutus
 est labijs suis ורע לטשה & malum fuit
 Mosi, sicut alibi: Contra me iratus
 est Dominus, quia contristarunt &
 transire fecerunt spiritum sanctitatis
 eius. ויטא de Deo qui eos promif-
 sam terram non ingressuros de-
 creuit בשפתוי de Mose qui indi-
 gnabundus sic eos compellauit;
Audite Rebelles. Isque error fuit
 cùm præ iracundia loqui imme-
 mor petram bis percussit, nec san-
 ctificatum Domini nomen fuit,
 ambóque ignorantia peccarunt,
 atque huius peccati nec Aaron
 pœnam effugit. Clarum est autem
 ideò Mosen pœnam meruisse, quia
 hoc præceptum ודברתם & loquemi-*

DE MORTE MOSIS. 114

ni neglexerat. Existimauit hoc
mandatum alteri simile, quod ha-
bes: *Ecce ego sto ante faciem tuam in
Oreb, & percuties petram, &c.* Itaque
præcepto וּבְרִיתֶם mentem non
adiexit, verùm diuinam, quæ non
adfuit, gloriam expectans, bis tan-
dem silicem percussit. Ideò ambo
quibus dictum fuerat & loquemi-
ni eodem affecti sunt supplicio.
Adde vtrique offensum populum,
*Et congregati sunt contra Mosen &
Aaronem.* Ambobus etiam Deus
in tabernaculo apparuit: *Venerunt
Moses & Aaron ad tabernaculi por-
tam, & ceciderunt in faciem suam, &
visa est gloria Domini super eos.* Vtri-
que pariter Deus mandauerat: *Ac-
cipe virgam & congrega populum in
& Aaron frater tuus & loquemini ad
rupem.* Et iterum: *Congregauerunt
iuxta rupem populum.* Itaque ideò

pœnam meruerunt, quia voce in
 ictum mutata, nomen Dei non
 sanctificarunt; quod accidisset si
 loquuti fuissent. Dixerunt enim
 apud se: *Vt quid lapis iste mutus di-*
cta Domini confirmabit, an non hoc
multò melius nos præstabimus. Huc
 usque immorati longius sumus in
 ostendendo graue hoc peccatum
 nõ fuisse, nisi spectata personarum
 dignitate, licet Dominus Mosi di-
 xerit, *Quia non sanctificasti me.* Tum
 Moses, quæso Domine, sine me
 terram ingredi, in eaque duos aut
 tres annos morari. De. Antea de-
 cretum est te non ingressurum.
 Mos. Saltem mortuo ingredi li-
 ceat. De. Nec mortuo nec viuo
 licet. Mos. Tu cum creaturis tuis
 clementer agere soles, quibus bis,
 terue parcis; quod ipse testatus es:
Hæc omnia faciet Deus ter cum homi-
ne.

ne, mihi ob vnicum peccatum succenses cui veniam negas. De. Fal-
 leris, sex enim peccata peccasti
 quæ tibi hæctenus indicare non
 placuit. Primum eo loco, *mittendo*
quæso in manu mittes, &c. Secundum,
Veni ad Pharaonem. Tertium, *Non*
Dominus misit me. Quartum, *Ei si*
creationem creabit Dominus. Quin-
 tum, *Audite rebelles.* Sextum, *Surre-*
xistis pro patribus vestris generatio ho-
minum peccatorum. Abrahamum,
 Isaac & Iacob peccatores fuisse
 putas, quorum filios sic alloque-
 ris. Mos. Hoc à te didici Domi-
 ne, qui primus dixisti: *Thuribula*
peccatorum in animabus ipsorum. De.
in animabus dixi, non in Patribus.
 Mos. Domine, ego solus sum,
 Israël verò sexaginta Myriadas nu-
 merat, at ille sæpiùs grauissima
 peccata commisit, quæ pro im-
 h

mensa bonitate tua, precibus meis
condonasti; an tu ad tantam mul-
titudinem respicis? vnus verò cu-
ram non habes? De. Nescis multi-
tudinem vnus hominis ad instar
non iudicari. Huc vsque tempus
in manu tua fuit, nunc abit. Mos.
Domine, descende de folio iusti-
tiæ tuæ, & in illo clementiæ cau-
sam meam tracta; quæso ne mo-
riar, remittantur mihi omnia pec-
cata mea, quorum in corpore pœ-
nas feram; si me Angelo mortis
non tradideris, ego laudes tuas
omnibus narrabo. De. Hæc ad me
porta est, ad eam iusti venient, om-
nibusque hoc expedit. Moses vt
preces suas negligi vidit, ad Oc-
ceanum conuersus est. At ille,
Nonne tu filius Amram es, qui me
virga percussum duodecim in vias
scidisti, ego tibi obsistere non po-

DE MORTE MOSIS. 115

tui, quando à dextris tuis ditivinitas
aderat, sicut scribitur : *Ambulans
à dextra Mosis brachium decoris eius
scindens mare coram illis, &c.* Nunc
quid caussaris. Moses vt ea quæ iu-
uenis gesserat memoria repetiit;
quis, inquit, cum fletu ac clamore,
elapsos mihi menses & præteri-
tam numinis tutelam restituet?
Tunc me orbis Regem fuisse me-
mini cum fluctus tuos calcaui,
nunc lachrymis ac precibus om-
nia fatigo, nec vlla mei cura super-
est. Igitur Metatron Angelorum
faciei Principem adiit, ab eoque
vti vitam longiorem impetraret,
petiit : frustra, respondit ille, hoc
postulas, non ego te olim docui
irritam hoc casu fore orationem
tuam. Tunc Moses impositis lu-
gentium de more capiti manibus,
yæ mihi ! ait, ad quem ibo qui mi-

116 DE MORTE MOSIS.
fericordiam impetret. Scribit R.
Schimlai hac hora Deum valdè
Ali succensuisse vsque dixit: *Et
transiuit Dominus ante faciem eius, &
vocaui, Domine, Domine.* Eodem
illo momento cessauit Spiritus
Sanctus, & Mosen Deus sic com-
pellauit: Ego duo iurasse memini,
mortem tuam, & Israëlis interne-
cionem; vtrumque irritare non li-
cet, si viuere vis, peribit Israël.
Mos. Domine hæc fraus est, tu fun-
nem ab vtraque parte retines, pe-
reat Moses, millèque similes ante-
quam vel vna de Israël anima tol-
latur. De. Vt quid igitur doles.
Mos. Propter Angelum mortis.
De. Ego eius potestati te non tra-
dam. Mos. Iocbed duos iam ex-
tulit, vt quid tertij mortem vide-
bit, tres in anno morientur. *Et tres
pastores delebo in mense vno. An verò*

non anno eodem, sed non eodem mense mortui sunt, cum obiit Maria cessauit puteus, sed in gratiam Mosi rediit. Patet ex illo loco וישיב ישראל. Mortuo Aarone nubes gloriæ quæ cum columna nubis populum docebat, euauit ויראו כל העם. *Et uidit omnis populus.* Non legendum est ויראו *viderunt*, sed ויראו *mutatis punctis timuerunt*, scilicet propter absentiam nubium, sed illæ iterum populo Mosi precibus redditæ sunt. At Mose mortuo cessarunt hæc tria simul, puteus aquarum, gloriæ nubes, & manna. ita tres illi iusti eodem quidem anno perierunt, sed tamen reputantur, quasi eodem mense periissent, ideoque matris causa dolebat Moses. De his rerum est ordo, singulis generationibus constituti sunt duces, hæc

vsque imperare debuisti, rerum
 summa modò ad Iosue discipu-
 lum tuum deuoluitur. Mos. Do-
 mine, quando eius causa ego mo-
 rior, ibo ad eum illique discipu-
 lus fiam. De. Fac vt lubet. Igitur
 summo mane ad Iosuae portam
 stetit. Ille legem interpretabatur:
 Moses curuatus, multumque ma-
 nutectus audiebat, nihil illum vi-
 dente Iosua, vt se morti accinge-
 ret. Israëlitæ Mosen de mane que-
 rentes, vt legem illos doceret eum
 ad Iosuae portam stare audiunt,
 offenduntque stantem, ac Iosue
 sedentem: quod vbi Iosuae nun-
 tiarunt, ille scissa veste, cum eiulatu
 ac lachrymis, præceptorem pa-
 trem populique decus appellauit.
 Urgebant omnes vt legem doce-
 ret, abnuit, vtque ab Iosua disce-
 rent, contendit. Interea emissa

cœlitus vox Iosua interpretari iubet. Primus ergo sedit à dextra Moses, à sinistra filij Aaronis aderant. R. Samuel Nehemanides ait Deum tunc dixisse : *Benedictus qui eligit iustos & verba eorum.* Tunc legis ac sapientiæ sepes Mosi ablata ad Iosua peruenit. Neque sciebat Moses hoc quod Iosue docebat. Urgebant tamen illum ad legis explicationem; donec ipse, ego, inquit nescio quid respondere debeam. Adeò antiquæ eruditionis oblitus à primo statu deciderat. Domine, ait, huc vsque vitam petij, nunc animam meam tibi trado. Vix mortem se non recusare dixerat, cùm Dominus, quis surget mihi cum vociferantibus, quis pro Israel precabitur cùm me ad iram prouocabit; cùm pugnabit, quis me peccanti conciliabit. Ad-

fuit eo momento Metatron, atque in faciem fusus. Domine, tuus semper Moses dum vixit fuit; nunc quoque dum moritur erit. O Metatron, ait Dominus, docebo te in parabola. Rex filium susceperat, cui singulis diebus grauer succensebat, cumque neglecti parentis reum saepius interficiendum mandauerat, verum mater precibus illi vitam obtinuerat. Optima Regina vitam exiit, dumque Rex nimio se fletu cruciat, eius causam proceres sciscitantur. Ille, non vxoris tantum causa, sed filij etiam lugeo, quem saepius a morte coniu liberauit. Ego pariter non ob Mosen solum, sed ob Israel etiam doleo, quem mihi toties irato, conciliauit, adeoque quo minus dolerem, impedit: *Dixerat se perditurum eos, nisi electus eius Mo-*

ses audacter orasset pro eo, & iram placasset. Deus igitur ad Mosē: Ecce appropinquauerunt dies tui ad moriendum. Dies quibus lætabitur anima tua, omnibúsq; horti Eden delitiis satiabitur sicut scribitur *אֲהָבֵי אֶת־הַנְּחִיל אֲוֶהֱבֵי* ad herediare faciendum amicos meos. Amicos iustos intelligit, qui legem & præcepta liberè ac sincerè confirmarunt. Et alibi: *Amici eius sicut ortus Solis in fortitudine sua.* In voce *אֲוֶהֱבֵי* א. Abraham notat ה Isaacum. ב Iacobum, י Mosē, ו sex annorum millia propter legem Mosi traditam cōdita Geometricè numerum 613. inuenies. Alij ו de tabulis interpretantur, quas sex palmas latus prodiderunt. Vnde verò א nomen Abrahami designare scimus in voce *אֲוֶהֱבֵי אֲוֶהֱבֵי* ex illo *Semen Abraham amici mei.* Et alibi,

וְנִמְנָם אַחַר קִרְאתוֹ וְאַבְרָכָהּ וְאַרְבָּהוּ.
 vocavi, benedixi & multiplicavi.
 At ה in eadem voce Isaacum
 notare quomodo scimus ex illo:
 Dixit Isaac ad Abraham patrem
 suum, Pater mi, Ecce me filii mi, Ecce
 ignem & ligna, at ubi est agnus in ho-
 locaustum השה. in hac ipsa littera ה
 orbem Deus creavit: *Iste sunt ge-
 nerationes cæli & terra cum create
 sunt.* Ultima vox est בהבראם quæ
 ut vulgò legitur, significat cum
 create sunt. At verò legenda est
 בהבראם in ה creavit eas. Sic etiam
 propter Isaacum Deus suscitabit
 mortuos: *Vt audiret gemitus com-
 pediti, ut solueret filios interfecti.*
 Isaaci scilicet qui propter Deum
 ligatus est ultimò ב vnde Iacobum
 indicat בית domus Iacob, &c. To-
 tûsque Israël eius nomine voca-
 tur: *Quam pulchra sunt tabernacula*

tua Iacob. pariter Mosen designare diximus וַיִּן &c. *Et manus Mosis graues.* Denique vt Iod, omnibus diuini nominis litteris inferuit, sic vniuersæ legi Mōses quam à Deo habuit, eamque Deus ipse illius nomine sæpius vocauit. *Memento te legis Mosis serui mei.* Has omnes laudes, dixit Deus ad Mosen, ideò tibi dedi, quia humiliatus es, sed tamen *appropinquauerunt dies tui,* Quid hoc est, *appropinquauerunt?* Secundùm alium sensum, *Propinqua est saluatio mea & iustitia mea reuelabitur.* Dies tui cessant & transeunt, tu autem non cessas. *Ascende ad montem Habarim,* is est mons Nebo. Ascendes, non descendes, hoc vult Scriptura: *Et ascendu Moses,* ascensum describit, quoniam ego lucere te faciam illa luce cui Solis lux si comparetur Lunæ ac

Stellarum luci similis est, gloria mea te vestiam, decore meo tegam, lumine illustrabo, Eden delitiis satiabo, fauces vino rigabo, throni in hereditatem vocabo, denique ponam in capite quinquaginta Myriadum iustorum quæ hac voce כַּד designantur. Cuius litteræ numerum hunc perficiunt R. Iochanan ait in scriptura decies Mosis mortem memorari. 1. *Appropinquauerunt dies tui ad moriendum.* 2. *Et mortuus est in monte.* 3. *Quoniam ego morior in terra ista.* 4. *Noui quia post mortem meam.* 6. *Hac est benedictio quam benedixit Moses vir Dei, filiis Israël ante mortem.* 7. *Et Moses annos centum & viginti natus erat cum mortuus est.* 8. *Ibi mortuus est Moses seruus Domini.* 9. *Et fuit post mortem Mosis.* 10. *Moses seruus meus mortuus est.* Qua crebra repetitione in-

dicatur decies Deum decreuisse
Mosen terram non ingressurum:
nondum tamen hoc fixum ratum-
que volebat, donec ipsi Mosi re-
uelata est hæc suprema cœlestis iu-
diciij necessitas, dixitque: Statu-
tum apud me est, te Iordanem non
transiturum, nec tamen aduertit
huic dicto mentem neque pro se
orauit. Cogitabat quoties gra-
uissima peccata peccauerat Israël,
pro quibus cùm orasset, Deus ora-
tionem eius susceperat. Decre-
túmque irritum fecerat, sicut scri-
bitur: *Et penituit Deum super ma-
lum quod loquutus est facere populo
suo.* Multo magis inquiebat, me,
qui grauiter non deliqui, pro me
ipso orantem supplicem audiet.
Itaque hæc agitantis necdum ta-
men orantis, etnim ab initio ne-
glexerat, mortem Deus decreuit,

magnúmque diuinitatis suæ no-
 men iurauit eum terram non in-
 gressurum, *Non duces congregatio-
 nem istam.* Vides iusiurandum, vt
Juravi Domui Eli. Moses quando
 mortis suæ decretum agnouit, sibi
 ieiunium indixit, seque placentæ
 circulo inclusit, certus in eo mori,
 nec inde discedere vsque dum
 irritum Deus decretum suum
 redderet. Itaque sacco indutus
 ac cinere aspersus Deum quingen-
 tis ac quindecim orationibus ag-
 gressus est, vt patet ex illo versu
 וַתַּחַן מֹשֶׁה וְאַתָּה זָאֵלֶי *Et orauit ad Dominum,*
 Geometricè numerus vocis אַתָּה
 totidem preces 515. notat. Multis
 autem nominibus oratio vocatur:
 Dicitur enim תפילה *oratio* 1. תחנון
deprecatio. 2. צעקה *clamor.* 3. רננה
laus. 4. שוע *oratio.* 5. פגיעה *supplica-*
tio. 6. נפילה *ingeniculatio.* 7. וועקה

ciferatio. 8. נקח *gemitus.* 9. & חרור
 his decem nominibus dicitur. Sed
 cur Moses eo precum modulo
 quem נחחנן vocant, v̄susest: nam
 de illo scribitur, נחחנן. Quia
 cū dixit Deo: *Domine fac me vi-*
dere gloriam tuam; addidit, in quo
 attributo mundum regis. De.
 Omnia transire faciam quæcun-
 que bona creavi ante faciem vo-
 cabo ante te, & *miserebor cui mise-*
reor, nihil vlli creaturæ debeo:
 sed omnia gratis tribuo. Si ita est,
 ait Moses, mihi quoque gratis hoc
 tribue. Nam v̄titur voce נחחנן
 quæ hoc significat. De. Multūm
 tibi fuit, nihil addes vltra. Mos.
 Domine, an apud te omnes æquali
 sunt loco iusti atque impij. Hoc
 innuit Scriptura, *perfectus & im-*
pius, &c. Et Salomo, *Casus idem iu-*
sto & impia. Exploratores qui pro-
 missam terram probris dedecora-

runt, iustè illi ab eius exitu remo-
uentur. At ego qui eam laudavi,
cur arceor, & cum dicto fletu ac
eiulatu se cruciabat vsque dum
moti cœli & terra, ac rerum ele-
menta dixerunt. Venit tempus
eius de quo scribitur: *In manu eius
anima omnis viuentis, & spiritus om-
nis carnis viri.* Vir iste Moses est:
Et vir Moses. Tum Deus per om-
nes cœlos & totam superioris con-
cilij familiam edixit, ne Mosis ora-
tionem susciperent, illique offer-
rent, quoniam eius mortem de-
creuerat. Angeli cui præconium
cœleste committitur, nomen est
Acraziel, huic & singulis cœlo-
rum principibus mandatum fuit,
descenderent subitò, portasque
olympi clauderent, ne ascende-
ret Mosis oratio. Nihil morati
descenderunt, ac clauserunt, præ-
ualuit

ualuit tamen Moses in precibus suis quæ in altiora euadentes ante Deum admitti postularunt. Tum verò concuti cœlorum portas, moueri firmamenti fundamenta oratione Moses, in qua ineffabile nomen vsurpabat Ezechiel : *Et audiui vocem motus magni.* Hic magnus Moses est, vt hoc loco : *Et Moses vir magnus.* At quid hoc, *Benedicta gloria Domini de loco suo.* Quando Rotæ, Quadrigæ, & ignei Seraphim neglectam Moses orationem aduerterunt, cui nec ideò vitam tribuit, nec terram ingredi permisit, omnes vno ore dixerunt : *Benedicta gloria Domini de loco suo, ante quem nec holocaustum, nec obliuio, nec personarum acceptio siue magni siue parui est.* At Moses Deum sic compellauit : Domine nosti quanta tuli propter Israël vsque illura

130 DE MORTE MOSIS.
peculiarem tibi populum & hæ-
reditatem nominis tui fecisti, quæ
passus in Ægypto, in mari, in de-
serto, donec legem ac præcepta ex
ore tuo accepi, ego tot miseria-
rum spectator, eorum quoque
fœlicitatem intueri sperabam;
nunc dum in proximo est, mihi
Iordanis transitum negas. An le-
gem tuam frustra dixisse vis? *In die
sua dabis mercedem eius*, quadragin-
ta annos tot laboribus insumpsi
vsque dum tibi populum hunc
habere voluisti. De. Magna tibi
merces iustis que in futuro sæculo
parata est; lignum vitæ, paradisi
terrestri delitiæ, lactis, olei, bal-
sami fluuij, vini pigmentati, cu-
pediarum, aromatum behemot in
montibus mille, Leuiathan, om-
nesque cibi ac fructus, adde tri-
ginta septem mensas vnionum

bonis omnibus fauos, mella, butyrum suprâ cæteros tibi parata. Ego in Spiritu Sancto reuelabo per manus Messiaë Iacob, & pulchra sunt Cantica Israël: sicut dicitur: *Quàm multum est bonum tuum quod abscondisti timentibus te, &c.* Vox טובך bonum tuum, Geometricè numerum triginta septem exprimit, indicatque totidem numero mensas ac mirabiles sapientiæ semitas. Ia, Iehoua, Elohim, El, Nofche, Ram, Schoken, benedictum sit nomen eius, in tribus mundum creauit, in tribus libris, scilicet scriptis, numeratis, pronuntiatis. De his Iob intellexit: *Viam nesciuit volucris, & non vidit oculus vbi.* Dictiones quæ incipiunt à תיב etiam Angelis quas aues vocat ignotæ sunt. At Moses omnia nouerat. Triginta autem duæ se-

142 DE MORTE MOSIS.
mitæ cum quinque Mosis libris
illas de quibus diximus triginta
septem mensas indicant, de his in-
telliges: *Hæc est mensa quæ ante do-
minum.* Hoc autem totum in mon-
te Sinai Mosis traditum fuit, patet:
In omni domo mea fidelis ille. ביתי do-
mum meam, dixit quasi domum
viarum, nam illis domum esse vel
Salomo docet: *An non sapientia
vocabit & prudentia dabit vocem suam*
ecce ביק נתיבות O Mose, Mose,
quæ multa tibi parata sunt. Quod
autem ex lege dixisti, *in die dabit
mercedem,* hoc de homine ac socio
intelligitur, de præceptore verò ac
discipulo nusquam. *Accipe tibi Io-
sue filium Nun, in eo est Spiritus Dei.*
Accipe tibi, id est, ille tibi æqualis
est, vel tu illum in corde tuo co-
gnoscis, quasi diceret, principatu
ac gloria dignus est, voca igitur

illum, atque coram Israël honore
 prosequere, concede illi decus
 tuum, decus tuum sed non totum.
 Nam Mosis vultus Solis ad instar,
 Iosue verò sicut Luna fulgebat.
 Mos. At cur eum honore prose-
 quar. De. Quia in oculis populi
 Iordanem transibit, ne forte dicat,
 viuente Mose non docuit, nunc il-
 lo mortuo docet. Mos. Quadra-
 ginta annos docui, in posterum
 non docebo: & cum dicto in fle-
 tum ac eiulatum effusus est, qui
 per Israël's castra audiebatur. De.
 Mose, ego te sapius gloria & ho-
 nore insignem feci, tu dixisti mihi,
Surge, & surrexi, reuertere, & reuer-
sus sum: scripsisti in lege: Sacrifi-
cans Deus exterminabitur. Quando
 populus in conflando vitulo pec-
 cauit, vt illi parcerem, impetraſti.
 Legem quam de nomine meo vo-

co : *Lex Domini perfecta* , de tuo quoque vocaui : *Memento legis Mosis serui mei*. Ipsos Israëlitas & populum meum , & populum quoque tuum appellaui : ego nec cibo nec potu egeo , quod tibi quoque tribui. *Et fuit ibi quadraginta noctes & totidem dies panem non comedit & aquam non bibit*. Ego Deus vocor & tu quoque : *Ecce dedi te Deum Pharaoni* , me nullus mortaliū aspicere potest , neque te , & *rimuerunt appropinquare ad eum* : De me scripsi : *Videbis posteriora mea* , de te pariter , & *aspexerunt post Moſen*. Tua opera , tot miracula Iſraëli ostendi , Ægypto eduxi , mare in duodecim vias ſcidi , per illud *in manu alta & extenſo brachio* transire iuſſi , aquas amaras in dulces conuerti , mannam & coturnices dedi , contra Sion & Og

pugnaui, legem & sexcenta tredecim præcepta populo tradidi, totidem affirmantia quot in homine membra sunt, decem scilicet & quadraginta octo: negantia verò, quot in anno dies. De. Satis superque tibi, nunc Iosux cura Israël regendi incumbit Rector futurum alterum rectorem non impedit. Hoc voluit Salomo: *Et occidit Sol & ortus est Sol.* Cum occidit Sol Mosi, ortus est Sol Iosux. Mos. Domine, quæso filij mei locum obtineant meum, populumque regant. De. Hoc Iosux concessum est. Mos. At saltem Aaronis fratris mei filij. De. Iosue illos in terram introducet. His anxium curis Mosen Deus hoc alloquio solatus est. Nihil tristare, ille qui populum reget ad Eleazari ianuam stabit, vt *Et ante Eleazarum Sacerdotem sta-*

bit. Regis exemplo cui filius regno minus idoneus erat: igitur amico regnum tradidit, hac tamen lege vt filium coleret, eiusque ad portam staret. Ita Deus erga Iosue se gessit, quem, licet concesso Israëli- tarum ducatu, tamen Eleazarum colere iussit. Initio mensis Adar dixit Deus Mosi: Mose est quod tecum loquar. Mos. Loquere Domine & audiet seruus tuus. De. I modo & ascende in montem A- barim, is est Nebo. Gaudius est Moses, secumque cogitabat, mihi adolescenti imperauit olim vt ascenderem, duasque lapideas tabu- las ingens munus tribuit, fortasse vel alio me cumulabit, vel ma- gnum aliquid oculis arbitrari da- bit. De. Falleris, Mose, non ita res est, lege tibi concessâ nihil est quod amplius addam, sed eo tibi

loco moriendum statui, ibi congregaberis ad populum tuum. Septima eiusdem mensis audita est cœlestis vox, quæ Mosen de morte instanti monuit, nihilque vitæ præter hunc diem superesse dixit: Nam septima mensis Adar natus, eadem hominem exiit ad confirmationem illius *numerum dierum tuorum implebo*. R. Chalbo ait eum hac ipsa die tredecim libros legis manu propria descriptos singulis Tribubus vnum tradidisse, monitis seorsim viris ac mulieribus ut eam eiusque præcepta seruarent; quem autem in manibus habebat, eum in arca collocavit: *Accipietis librum legis & ponetis eum in latere arca fœderis Dei vestri*. Alij Gabriëlem descendisse perhibent, acceptumque Mosis volumen per omnes circumtulisse cœlos ad eius

gloriam & decus: proclamantibus
interim aliis: *Iustitiam Domini fecit.*
Quin & Iustorum animæ, secun-
da feria, quinta, & septima, diebus
etiam festis & statis ac solemnibus
in eo legunt. Addit R. Iaschia Mo-
sen hoc ipso momento maximum
Iosue honorem exhibuisse in
Israëlitarum oculis, quorum per
castra præconem discurrere iussit:
omnes conuocaturum, vt noui
Prophetæ verba audirent. Illis
præsentibus Moses ex auro so-
lium, coronam margaritis distin-
ctam, regium Pileum, & purpu-
ream vestem adferri iubet. Ipse
singula disponens Iosue induit.
proximum Caleb Iephune filium
interpretem statuit. Iosue legem
explanabat coram Mose, princi-
pibus turmarum, septuaginta duobus
Iudicibus, Sacerdotibus &

vniuerso Israël qui omnes cum
Mose discipulorum ad instar, au-
diebant.

*Benedictus Dominus Deus Israël,
qui dedit legem per manus Moſis præ-
ceptoris noſtri, ſerui & electi ſui fide-
lis in domo ſua. Benedicite Dominum,
benedictum ſit nomen & gloria regni
eius in ſæcula. Benedictus Dominus
Deus Israël à ſæculo in ſæculum, dixit
Israël, Amen. Laudate Dominum,
Benedicite eum Angeli eius fortes fa-
cientes verbum eius. Benedicite eum
omnes exercitus miniſtrantes illi, fa-
cientes volūtatem eius. Benedicite eum
omnia opera eius in omni loco. Benedic
anima mea Dominum. Halleluia. Be-
nedic anima mea Dominum, Domine
Deus meus, magnus es valdè, gloriam
& honorem indutus es. Dominus Rex
gloriam indutus, indutus Dominus
fortitudinem. Attollite portas principes*

vestras, & eleuamini portæ æternales,
 & introibit Rex gloria. Quis est iste
 Rex gloria? Dominus Sabaoth, Rex
 gloriae scla. Iterum sic Iosue est ex-
 orsus.

Excitamini, excitamini, canite, ca-
 nite cæli cælorum excelsi, infera terræ
 fundamenta, omnes creatura, omnes
 montes, cæli ac terræ exercitus. Cantate
 & canite omnia tabernacula Iacob:
 Cantate & laudate omnes habitationes
 Israël. Custodite & audite eloquia Re-
 gis vestri; attendite in corde vestro, &
 accipite cum gaudio super vos & super
 animas vestras præcepta legis Dei ve-
 stri. Aperite linguam vestram & os
 vestrum, date canticum Deo Saluatori
 nostro, collocate in eo omnem fiduciam
 vestram, hic est vnus qui secundum non
 habet, nec similem inter Deos, nec
 æqualem inter Reges, solus Dominus
 & princeps, qui infinitus infinitas quo-

que laudes postulat, cuius immensa mirabilia & opera sunt, ante quem nec holocausti, nec personarum acceptio est; ille sacramenti, quod iurauit, memor, promissum nobis fœdus ac misericordiã seruauit per manus Mosis serui sui, cuius opera Ægyptios vltus est. Eduxit nos de fouea ferri, & de seruitute in libertatem vindicauit, mare illo iubente viam fecit, 613. ab eo præcepta accepimus.

Tunc egressa est filia vocis, dixitque, ô Mose! quinque tantùm horas vitæ habes. Statim ille in fletum effusus, vniuerso Israëli sedenti legem interpretatus est. Mosis facies vt Sol, Iosua vt Luna lucebat. Moses legebat, Iosue interpretabatur; vna vtriusque mens erat, vt Moses legebat, ita Iosue enarrabat. De his Salomo intellexit: *Verba sapientium sicut stimuli &*

clavi figuntur. Omnes ab vno pa-
 store Doctores dati sunt. De his
 quoque dicitur: *Sedens in hortis ab-*
sconditis per hortos intellige con-
 gregationem Israël, vt *hortus con-*
clusus soror mea. Per *absconditos* sa-
 pientum discipulos societate &
 amicitia coniunctos notat. Interea
 Moses Patris cœlestis gloriam po-
 pulo laudabat, eumque de obser-
 uandis præceptis ac colendo Io-
 sue monebat. Beatus Moses qui se
 hominem fecit, nec parcus in Io-
 suæ laudibus celebrandis fuit. Si-
 cut quando illi dixit: *Eldad & Mi-*
dad prophetizant, Ipse respondit:
Quis mihi det vniuersum Dei populum
Prophetas fieri. Adeo non inuide-
 bat. Igitur omni quo potuit ho-
 nore Iosueam prosequutus, demum
 illi Israël credidit, propriumque
 decus, coronam & gloriam con-

cessit. De illo Salomon, *Humilis spiritum apprehendet gloriam.* His horam consumpsit: auditaque de cælo vox: *Quatuor tantum horas viues.* Tunc Moses: Domine, si me propter discipulum reijcis, facile loco quem obtineo, carebo, ducat populum, sit præceptor, ego discipulus, sit Sacerdos magnus, ego priuatus, libenter seruiam, ire modò ac terram videre liceat. De. Ego nomen meum magnum iuravi te non transiturum. Mos. Si permittis, ego in virtute nominis tui volucris fiam, ac desuper Iordanem volans terram ibo & videbo. De. Ita si feceris irritum quod iuravi sacramentum erit. Mos. Sine me piscem fieri, sine pinnulis brachia, capillos squammis mutari, tum aquas tranare ac terram intueri licebit. De. Ita etiam sa-

cramenti falsus fuero, abyssus
præterea Ionæ concessa est, &
Abyssus circumdedit me. Mos. Do-
mine, sine me super nubes in aëre,
tribus parasangis Iordane altiore
promissam terram sic ire & inspi-
cere. De. Ita quoque iusurandum
meum violabitur: deinde scripsi:
Non attinges terminum socij tui. Aer
autem & nubes Eliæ iam permitti
sunt: *Et fuit cum ascenderet, &c.* &
alibi: *Ascendit Elias in turbine ad cæ-
los:* Cur igitur quod tibi non con-
cessum est, petis. Mos. Domine,
abijciat concisum in frustra trans
Iordanem corpus meum Gabriël
Angelus cui postea vitam reddes,
vt terram hanc intueri & calcare
possim. De. Ita etiam frustra iura-
uero. Mos. Hanc saltem in visio-
ne oculi intueri liceat. De. Placet,
scriptum est enim, *Ex proximo ter-
ram*

ram videbis, Igitur Deus octoginta
 milliaria amplissimum promissæ
 terræ spatium oculis eius subiecit,
 illisque tantum virium indidit,
 ut ab initio ad finem alta, decliua,
 densa, patula, & proxima & remota
 vno intuitu aspiceret Hæc est terra,
 dixit, quam iuravi me daturum
 Israël. Sic elapsa est altera hora
 tertioque vox insonuit, quid tu
 te vexas trium adhuc horarum tibi
 spatium superest : Domine, ait
 Moses, quando Iordanem transire
 prohibeor, relinque me in Tribu
 Ruben & Gan, viuere modo liceat,
 Iosue verò promissam terram
 ingrediatur. De. Mose tu legem
 meam mendacem esse vis scripsisti
 in ea, *Ter in anno videbit omnis
 masculus, &c.* Israëlita cum te ad
 festa non ire viderent, quid dicturi
 sunt; ipse qui hoc nobis

præceptum tradidit, cuius è manu legem accepimus illius incuriosus est, multò magis & nobis esse licet. Sic præcepta irritabis. Iterùm scriptum est: *In fine septem annorum in tempore stato anni semita in festo tabernaculorum, &c.* Iosue cùm audienti populo legem interpretabitur, dicetque ita Moses præceptor noster docuit, quid alij sentient, an non! quid à discipulo legem discimus, nonne à præceptore fatius est. Sic Iosue tua causa contemnent. Dum hæc accidunt, labitur altera hora, iterùmque vox duas Mosi tantùm horas superesse monuit. Samaël dæmonum Princeps ad omne momentum paratus stabat, expectans cum gaudio quando Mosen occideret. At Michael Israelitarum tutela scelesti lætitia offensus, sic cum lugens

compellauit. Nequam ego lugeo,
 tu rides, alij dixisse perhibent, Noli
 gaudere inimica bestia, cecidi &
 surrexi, cecidi in morte Mosis,
 surrexi in principatu Iosua, habi-
 tabo in tenebris domus primæ &
 secundæ, Dominus mihi lumen
 erit in diebus Messia. Sic elapsa est
 hora, vltimamque alteram tan-
 tum restare vox quintò insonuit.
 Domine, ait Moses, sine me viue-
 re, ne moriar. De. Nonne scri-
 ptum est: *Ego occido & suscito*, Si
 non morieris, quomodo resurges
 in futuro saculo. Deinde menda-
 cij arguetur lex mea in qua legi-
 tur: *Et non est qui de manu eius eruat*.
 Vt preces suas non audiri vidit,
 tum demùm hoc exclamauit: *Ru-
 pes Perfecti opus eius*, & cum lachry-
 mis ad terram conuersus: Terra, in-
 quit, pro me Deum ora, fortasse

mei tua caussa miserebitur, tunc vox audita est, non legisti, *Terra erat vacua & inanis, & tenebrae super terram Abyssis, & terra sicut vestimentum vejerascet, & habitantes eam morientur.* Quid pro te oraret, quæ pro se ipsa non exorabit, quando & te & me Deus eodem iam iudicio iudicauit, *cinis es & in cinerem reuerteris.* Sic elusus ad cœlos conuertitur, *cœli, cœli orate pro me ut uiuam.* At illi quomodo pro te orabimus, quibus pro nobis ipsis orandum est, nescis initio scribi *In verbo Dei cœli facti sunt:* sed in fine est, *cœli complicati sunt libri ad instar,* istius quoque irritus spei ad stellas conuertitur, quæ ut quid responderunt, orabimus pro te, quibus pro nobis precandi cura incumbit, scribitur initio. *Numersans stellas, &c.* At deinde, & stelle

collegerunt lumen suum. Tandem solem & lunam quoque rogauit, verum illi dixerunt; de nobis legitur primò, *fecit lunam ad tempora, vltimò, Confusa est luna & puduit solem.* Hac spe dejectus ad Sinai montem confugit, sed ille reuult, atque de me quidem leges, *Mons Sinai totus fumus erat.* Sed deinde, *Omnis mons & collis humiliabitur.* Hãc igitur repulsam passus omnes orbis montes, collésque aggreditur, illi recusantes de nobis quidem scriptum scimus: *Ponderauit in libra montes, & colles nutabunt.* Tandem maria & fluuios adit, illi, in principio quidem nostri sic meminit: *Congregabuntur maria, in fine verò, Qui dat viam in mari.* Demum Mari Suph supplex factus est, at illud scis, primò de nobis dictum: *Congregationem aquarum vo-*

150 DE MORTE MOSIS.

*cavit maria, in fine, perdet linguam
maris Ægypti. Deserta quoque ten-
tauit, sed ab his idem responsum
tulit. Initio de nobis leges: Aridam
formauerunt manus eius. At in fine:
Incola eius morientur. Ad extrema
reductus omnia quæ Deus creauit
precibus suis fatigare ausus est
frustrà, sic enim responderunt.
Initio quidem nouimus: Omne fe-
cit pulchrum in tempore suo. At in
fine: Omnia ibunt in unum locum.
Tantæ spei falsus, Iosue genibus
aduoluitur: Fili memento labo-
rum, quos tua causa suscepi, no-
ctes & dies in scriptura ac tradi-
tionibus docendis consumpsi; re-
cordare legis & sapientiæ quam à
me didicisti, ora pro me si fortè
Deus mei miserebitur, vitamque
proroget, pauidus Iosue, pronus
in faciem numinis veniam fletu*

DE MORTE MOSIS. 151

orare parabat, Samaël orantis os tenuit, dixitque nescis scriptum, *In verbo quod loquutus est Rex quis illi dicet quid facis?* Tu quantum in te est, irritum Dei verbum reddis, legitur: *rupes perfecti opus eius, quoniam omnes via eius iudicium.* Iosue statim. Preceptor Samaël precari non finit. Et cum dicto vterque in lachrimas effusus est. Inde ad Eleazarum perguit; Fili quando patri tuo Aaroni propter vitulum Deus irascebatur, ego cum precibus meis certæ morti eripui, *vt Rogavi etiam pro Aarone in tempore illo.* Nunc eadem pietate pro me ora. Iam orâtis fauces à Samaële compressæ sunt, exclamat, Mose, Angelus adest qui orantis vocem retinet, iterumque ambo fleuerunt. Itur ad Caleb Iephunæ filium: sed idem illi accidit. Etiam principes

Israëlis, duces turmarum, Centu-
 riones ac Decuriones conuenit,
 eadēque ab illis petiit, vltimo
 septuaginta seniores & vniuersum
 Israel coram tentorio conuentus
 adiit, dixitque. Cū propter vitu-
 lum Deus nobis succensuit, ego
 pro vobis orauī, Deusque decre-
 tam populo pœnam remisit: *Dixit*
ad perdendum eos nisi Moses electus
eius steterit audacter coram eo ad se-
dandam iram, &c. Nunc quæso con-
 gregamini ante tabernaculum
 omnesque vna voce pro me orate,
 noui multorum orationem raro
 irritam esse vt habetur: *Redemit in*
pace animam meam, appropinquans
ad me quoniam in multis, &c. Nulla
 mora omnium fletus ac ciulatus ad
 cœlos vsque peruenit. Iam con-
 gregatis & orationem exorsis præ-
 sto adfuerunt centum & octogin-

ta quatuor malorum Angelorum Myriades singuli singulis Israelitis qui loquentium ora comprimerent, ne pro Mose orarent. Duos præcipuè memorant, quorum primus Tzachon dictus precantium verba raperet, alius nomine Lachas rapta in os redire cogeret. Illum Samael igneis catenis vinctum descendens Dei obtutibus prostratum sistit, ac deinde condi & faceffere iubet. Huius horæ meminit Esaias: *Effuderunt pre- cationem cum castigatio tua illis esset.* Israelitæ postquam Angelorum impedimenta Mose dixerunt, ipse quid ageret cuiusve auxilium peteret incertus, cumque inops auxiliij subeundam sibi mortem agnouit, vocatum Iosua ita compellat. Fili populus ille quem tuæ fidei committo, tenet non-

dum præceptorum tenax est, caue ne quidpiam secùs illum doceas, Dei primogenitus est, suprâque cæteros illi carissimus, *Eritis mihi peculum super omnes gentes & iuuenis Israël, &c.* His dictis Iosua osculo & amplexu excepit, ac dum vterque locij ceruici incumbens flebat, scito, addidit Moses, tria tibi onera incumbere, populum hunc quem solus feres. Ego autem Aaron & Maria vix tulimus, verum aderit tibi Deus. Secundò matrem meam tibi curandam committo afflictissimam, & quæ mutatis temporum vicibus nos sepeliuit, qui illi iuxta reddat, superest nemo, cùm eius hora venerit tu vestem tuam lacerare & feretrum præcedere memento, donec humi mandetur, tu illius igitur curam suscipies. Tertio, me-

mento filiorum meorum quos quando loco meo esse nequent dignare honore mensæ tuæ, & communis amicitiaë nostræ memor à te recedere non patieris. Pollicito Iosue ac demùm vniuerso Israeli pacem exoptauit. Nunc ait, illis benedicam quos admonitionibus & obiurgationibus molestius fatigauit. Exorsus igitur benedictiones labentis horæ non infcius, tum demùm vnica omnes complexus est. Ego vos, inquit, multis modis in lege vexaui, quam mihi rem condonare æquum est. At illi, parce nobis præceptor, qui sæpius te ad iram prouocauimus. Sic data & accepta venia de cælo vox mediam Mosi superesse horam clamauit. Vnum à vobis postulo, subiicit Moses, ingressi terram, mei, ossiùmque meorum me-

156 DE MORTE MOSIS.
mentote. Væ filio Amram dicite,
qui ante nos equi ad instar currens
obiit, eiusque ossa in deserto ceci-
derunt. Flebat Israel futuri anxius.
At Moses, filij, antea Deus vobis-
cum fuit, erit & postea, ne credite
omnia quæ Deus per me miracula
fecit, mea causa facta, propter vos
illa edidit, misericors est: *Et super
omnia opera misericordia eius, illi si
confideritis voluntatem vestram
implebit.* Tunc clamauerunt. *Deus
spes nostra & auxilium in afflictioni-
bus.* Interea horæ quadrans labi-
tur auditæque vox. Mose, quid te
vexas, superest tibi horæ qua-
drans. Benedixit Israeli, dispositis-
que antè omnibus in Spiritu san-
cto futuræ vitæ beatitudinem
agnouit ac dixit: *Quis sicut tu Israël?*
Omnibusque cum fletu valere ius-
sis: *Ego vos, ait, videbo in resurrectio-*

ne mortuorum in futuro seculo. Ita flentes ac clamore omnia replentes reliquit. Ipse scissa tunica, euulsis barbæ pilis, cinere caput sparsus, palliôque obtectus lugentium ritu, tentorium ingreditur, manus complodens & exclamans : Væ mihi super quem clamor venit, vè! pedibus quibus terram promissam calcare non datur, gutturi cui de fructibus eius gustare non conceditur. Nec miraberis Mosen adeò tristatum quod eorum esu caruerit. Hæc enim omnia stabiliendis præceptis intelliges quæ faciliùs ibi seruantur. Siquidem aliis charior est, sicut dicitur: *Terra quam Deus tuus semper querit, & Oculi Dei tui super eam.* Prima certè omnium creata est, *Vsque non fecit terram & plateas.* Terram promissam scilicet, *plateas deserta, & caput ter-*

158 DE MORTE MOSIS.
rarum orbis. Nempè hæc eadem
quæ terra Domini vocatur *ludens in*
orbe terra sua. Cur חנה appellatur,
quia omnibus aliarum terrarum
commodis abundè instructa, ipsa
nullius rei indiga est, vt patet ex
hoc loco : *Hæc nulla re indiget.*
Aliam interpretationem eiusdem
loci doctores afferunt, putant חנה
dictam à condimentis quæ in ea
reperiuntur, quorum nomine le-
gem intelligunt, vt *Desiderabilia*
præ auro & argento. Inde in Breschit
Raba. Vnius ex quatuor fluuiis
nomen Phison est, hic terram Ha-
uila circuit auro abundantem. R.
Iehoschua filius Leui terram Israë-
lis explicat, sic dictam quod in
Domino confidat, sicut scribitur:
Confide in Domino, quoniam adhuc
ille, &c. aurum autem lex est. At-
que hoc videtur aurum, de quo ait

Scriptura: *Aurum terræ istius bonum est.* R. Iochanan, non est lex neque sapientia sicut lex & sapientia terræ sanctæ. Ibi bedolath & schoam, id est bdellium & Onix: *Et oculi eius sicut Bdellium.* Schoam lapidis pretiosi nomē est, itaque ibi bdellium Thalmud, legem, Agadot, Zekuphot, & Gematrias notat, quæ singula Moses inspicere cupiebat ac dicebat: *Liceat mihi quæso hac transire & videre terram hanc bonam.* Terram hanc bonam puta Israëlis. Montem bonum, & libanum alibi vocat templum, ideo quia in illa peccata populi albescent, id est, remittuntur, sicut leges, *Si peccata tua rubra fuerint sicut coccinum, albescent sicut nix.* Quæ omnia inuenies in Thalmud Mafsek. Sota. R. Salmai cur Moses terram ingredi, eius fructus gusta-

re, ac opibus saturari adeò cupidus erat fusè explicat, eamque rationem reddit: videbat multa præcepta Iudæis data, sed ea demùm perficienda in terra promissa, itaque ingredi voluit, vt illa compleret. Vidit hoc Deus, aitque. Mose, ego tibi quasi omnia legis mandata seruaueris, præmium reddam, sicut nouissimo non primo *cum fortibus diuider spolum*. Sicut plures mercedem accipiet, sicut Abraham, Isaac & Iacob qui fortes in lege ac præceptis fuerunt. Ideò maximè quia propter Israël morti se obtulit. Vt patet: *Dele me quæso de libro tuo quem scripsisti. Quin & peccatoribus adnumeratus est & mortuis in deserto, ac multorum iniquitates tulit, sic in vituli conflagratione pro populo vt resipisceret, orauit.* פניעו לפושעים יפניעו

oratio

oratio est, vt hoc loco אל תפגע בי
 Sic momentum cum dimidio præ-
 teriit. Tunc Moses accepto volu-
 mini ineffabile Dei nomen inscri-
 psit, ac Iosua tradidit, nec scri-
 pturam compleuit vsque dum
 mori oportuit. Statim Deus Ga-
 briel mandauit, Mosis animam
 sibi sisteret. Domine, respondit
 Gabriel, quis sexaginta Myriadi-
 bus par esse possit, eo me audaciæ
 progredi iubes? idem mandatum
 Michael accepit, atque ab eo flen-
 te idem responsum Deus tulit. Ul-
 timò Zinghiel hoc exequi iussus
 est. At ille, Domine, vt quid hoc
 imperas mihi, ego eius præceptor
 ille discipulus meus est. Tum verò
 Samael coram Deo stetit, ac dixit:
 Domine, Moses Abrahamo di-
 gnior est, quem tu tamen ad ima-
 ginem & similitudinem tuam

creasti, etiam Abrahamo qui in fornacem ignis propter sanctum nomen tuum coniectus est. Isaacum superat qui ad altare ligatus, & Iacobum ac duodecim eius filios, qui omnes manum meam non euaserunt, si tamen permittis ego eius animam tibi sistam. Respondit Deus: Omnes isti similes Mosi non fuerunt, sed quo modo eius animam auferes an per faciem? illa mihi in os loquuta est: *Et loquutus est Deus ad Mosē à facie ad faciem, an per manus? illæ leges acceperunt, an per pedes? hi caliginem qua obductus sum calcarunt, & ad me vsque peruenerunt: Accessit Moses ad Caliginem in qua erat Deus. Nihil in omnia eius membra potes. Sam. Permitte tamen vt animam eius auferam. De. Aufer. Nihil moratus Samael*

crudelitatis & irarum plenus ad
 Mosē lētissimus contendit, en-
 sem accinctus, illum ineffabile Dei
 nomen exarantem offendit, emi-
 cabant eius ab ore ignis scintillæ,
 verba solis ad instar radiabant,
 prorsus Angelo similis apparuit
 trepidus Samaël. Cæteri Angeli,
 inquebat apud se, hoc mandatum
 benè virium suarum conscij recu-
 sarunt. Mosēs, vt Samaëlem vidit,
 non tantum eius oculos fulgore
 suo obduxit, sed jacentem ac ter-
 ræ applausum acutissimus subito
 dolor & qualis parturientis esse
 solet, cruciavit: tandem obmute-
 scentem ita compellat Samaël, Sa-
 maël, nulla pax, ait Dominus, im-
 probis, quid hîc adstas? Sam. Ve-
 nit tibi summa dies, redde animam
 tuam. Mos. Quis te huc misit?
 Sam. Orbis & animarum Creator.

Mof. Ego creaturis omnibus for-
tior sum. Sam. Quas vires iactas?

Mof. Ego Amram patrem habeo,
matrisque ab utero circumcifus
prolij (quod & habetur in Thal-
mud Mas. fota) addunt sapientes.

Ædes in quibus natus est ipso na-
tiuitatis momento clarissima luce
fulserunt; de illo dicitur: *Quoniam*

bonus, quod de luce similiter di-
ctum inuenies: *Et creauit Deus lu-*

cem, *quoniam Bona*. Hoc ipso die
cum matre ac patre loquutus sum,

menses tres agens futura prædixi:
Mèque legem medios inter ignes
accepturum significauit, (hoc in-

dicant Doctores nostri his verbis:
Aperi & vide puerum ac quærentes

eum. R. Iose filius Haninæ populo
adfuisse Deum præsentem scribit

se post tres demùm menses, quod ex
illo confirmat: *Abcondisti eum tres*

mensis.) Octuagesimo ætatis anno
 signa & prodigia feci, sexaginta
 hominum Myriadas Ægypto edu-
 xi, mare in duodecim vias secui,
 aquas amaras in dulces conuerti,
 tabulas excidi, cœlos ascendi,
 Deum vidi, cum eo à facie ad fa-
 ciem loquutus sum, legis denique
 613. præcepta illius ab ore accepi,
 ac Israël docui. Quem ergo in-
 ter homines mihi similem inue-
 nies? I scelus ego tibi animam
 meam non tradam. Labitur mo-
 mentum, dimidiúmque tantùm
 cœlestis vocis oraculo supererat.
 Irratus spei Samael ad Deum re-
 uertitur qui succensuit, iterúmque
 Mosi animam abduceret, impe-
 ravit. Domine, ait Samaël, si Ge-
 hennam ire, si superiorem in infe-
 riorem conuertere iusseris, ire, ac
 iussa exequi certum est, verùm

166 DE MORTE MOSIS.
ante filium Amram stare nequeo.
De. Cur? Sam. Seraphino quadri-
gæ tuæ similis est, dum loquitur
flammæ eius ab ore radiant, vultus
diuinam maiestatem obiicit: quæ-
so, Domine, ad illum vt redeam
imperare noli, nec enim illi obfi-
stere poterò. De. Scelerate tu ex
Gehennæ igne creatus es, & in Ge-
hennæ ignem reuerteris, nuper à
me magno cum gaudio discessisti,
vt verò Mosis gloriam vidisti, cum
pudore reuersus es, at ego ad illum
magno tuo probro vt redeas, ju-
beo. Ita Samaël iterùm ad Mosen
perrexit, dixitque, Mose, Deus ju-
bet te mori, & cum dicto vagina
gladium eduxit, iratus Moses in-
uadentem virga cui nomen ineffa-
bile inscriptum erat, ferit, ac in-
crepitem fugere cogit. Intereà vl-
timum vitæ labitur momentum.

Moses in preces effusus, Domine, memento dici qua in rubo mihi apparuisti; cùm Sinai montem mandato tuo ascendi, cùm acceptam legem populo tuo tradidi: Misericors & Clemens Domine, noli me Angelo mortis tradere. Ego ipse, respondit Dominus, te sepeliam. Tunc Moses paratus descendentem Dominum pronus in faciem sic adorauit. Domine, in pietate ac misericordia orbem creasti & gubernas, cum iisdem mecum vt sis oro. Audita vox est: Nihil timeas, Mose, *Iustitia tua ante te, & gloria Domini colliget te.* Tres Angelos Michaëlem, Gabriëlem, & Zinghielem cum Deo descendisse memorant. Zinghiel cervical supposuit, Gabriel à dextris, Michaël à sinistris; Zinghiel à pedibus stetit. Deus Mosen ambas

pectori manus imponere, ac oculos claudere iussit, quod ubi exequutus est, eius animam sic vocauit. Filia, centum & decem annos tibi constitui quos in iusti corpore compleres, egredere nunc sine mora. Domine, respondit illa, scio te Deum spirituum, cuius in potestate sunt omnes animæ uiuentium & mortuorum, tu me creasti, tu in iusti corpore tot annos esse uoluisti, quodnam corpus Mosai-
 co simile est? cui ne quidem Muscæ incubant, si placet illo non egrediar. Nihil morare, ait Dominus, venit tibi summa dies, ego te in superiori cælo sub throno gloriæ collocabo. Moses recusantem egredi animam suam his monuit dic Deo, Mortis Angelus aduersus me præualebit. At illa, nequaquam: scriptum est enim; *Eripuisti*

animam meam à morte. Mos. Dic igitur quod in Gehennam præcipitaberis. Multò minus, ait, nam dicitur: *Et pedem meum ab offenculo.* Mos. Quo ibis igitur, An. Ante Dominum in terram viuentium. His auditis animæ potestatem fecit in requiem suam eundi, quando illi Deus tanta retribueret. Tum verò Deus osculatus est Mosen, & oris osculo animam abstulit, sicut patet: *Et mortuus est ibi Moses seruus Dei in terra Moab super os Domini.* Ingens exinde luctus quem primus Deus exorsus est: *Quis surget mihi cum malis, & stabit cum facientibus iniquitatem:* Cùm filij mei peccabunt, quis pro eis orabit? Angeli ministerij etiam flebant dicentes: *Sapientia ubi inuenitur.* Cœli pariter clamabant. *Perrit iustus de terra: Ipsa terra: rectum*

170 DE MORTE MOSIS.
*in homine non est. Omnesque crea-
turæ, periit iustus, & non est vir per-
fectus in corde. Iosue cum clamore
ac lachrymis Mosen quærebat di-
cens: Salua Domine, quoniam retri-
buit pro, &c. At vniuersus Israël,
Iustitiam fecit, &c. Ipse Deus cum
honorauit, dixitque, non surrexit
Propheta in Israël sicut Moses. Nam
ita eum compellauit. De me ita
loquutus es: Non est alius Deus præ-
ter eum. Ego de te, &, Similis illi non
surrexit. Mors Mosis sit in Re-
missionem peccatorum omnibus
Israëlitis. Amen.*

FINIS.

GILBERTI
GAVLMINI
MOLINENSIS

AD LIBROS
DE
VITA ET MORTE
MOSIS:

NOTARVM
Libri tres.

LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF
MANNHEIM

VI
ET
MORTU

NOT
LIBRI
SINE



GILBERTI
GAVLMINI
 MOLINENSIS,

*AD LIBROS DE VITA
 & Morte Mosis.*

Notarum libri tres.

CAPVT PRIMVM:

*Libri tres de Mosis Vita, Morte,
 certaminibus 'חרטומי יערקאמאטיס.
 Demones ριζοπαγεις, Nymphæ δει-
 σποφιδς, Onirocritæ in aulis Orientis,
 eorum merces, Princeps Magorum à
 Rege electus, locus Exodi variè ex-*

plicatus חתת וינאצס, obſterrices, ani-
mantia, tributum obſterricum in Æ-
gypto.

ANTIQUISSIMA Iu-
 daeorum Ecclesia tres
 de Moſis rebus geſtis
 libros habuit, quos etſi
 vt certæ ac indubiæ fidei num-
 quam recepit, multis tamen nec
 obſcuris fanè de cauſis aliquid au-
 thoritatis tribuebat. Primum דברי
 משה הימים של משה dixerunt. Hic natiui-
 tatem eius, & pleraq; ante Ægypti
 exitum facta describebat. Secun-
 dum פסירה vocabant, Græci δὴ-
 λω, qui & hoc titulo eum lau-
 dant. Tertium de certaminibus
 Magorum memorant, aliquando
 Ianis & Mamris nominibus cele-
 brem. Vltimum cùm Iudæi fidem
 ſuam liberabunt, quam quotidie

vrgemus, tibi, ac posteris dabi-
 mus. Cæteros verò nunc edimus,
 nescio an illos prorsus quos ante
 Christum Iudaicæ plebi cognitif-
 simos scimus. Certè, vt est tradi-
 tionum suarum hæc gens pertina-
 cissima, omninò si historiam spe-
 ctas, eosdem habes, quod plenius
 ostendemus in Diatriba de Apo-
 cryphis Hebræorum libris. Inter-
 ea monebimus hunc primum ma-
 ximè à nuperis scriptoribus tra-
 ctatum qui sæpiùs eum & iisdem
 penè (quæ notabis) verbis descri-
 ptum citant. Exemplo sunt Eze-
 chias in commentario ופרין dicto,
 Solomo Iarrhi, Aben Esra, aliique
 complures. Drusus in Notis ad
 Numeros adfirmat periisse, falsò.
 Nam & Constantinopoli & Ve-
 netiis cum hæc scribebat editus
 erat. Nos eius aut difficiles aut

corruptos locos interpretabimur
 hominibus nostris, vt aliquem ea-
 rum litterarum gustum capiant,
 quas ideò maximè negligunt, quia
 maximè ignorâte. Somnium Pha-
 raonis quod initio habet, extat pa-
 riter apud Vzielidem Chaldaeum
 כל ארעא דמצרי' קיימא בכף מורנא חדא
 וטליא בר אימרתא בכף מורנא חדא והות
 כרעא כף מורנא מטליא בנווה.
*Tota Aegyptus in vnalance erat, puer in altera
 qui toti Aegypto preponderauit.* Re-
 ges autem somnia sua immaniter
 curabant antiquissimo totius O-
 rientis ritu. Sepher ח'ישר incerti
 auctoris, sed tamen longè ante
 Hierosolimitanum excidium scri-
 ptus, si credere fas est, de som-
 nio Nemrodi statim post Dilu-
 uium. ויהי בבקר ויקם המלך ממשכבו
 בבהלה ויצו ויבאו לפניו כל חכמי וכל חרטומי
 ויספר להם המלך את החלום
*Mane Rex
 lecto*

*lecto surgens territus omnes sapientes
 sibi sisti voluit, eisque somnium suum
 narrauit. Idem Moses narrat de
 Pharaonis somnio רמ"י Rean lu-
 dæi vocant, qui Iosephi tempori-
 bus vixit, itaque ο Ειρηνοκριτας suos
 habebant maximæ in aula digni-
 tatis, συβασταν, aliq; Regum Persi-
 dis ac Indiæ somniorum interpre-
 tes ab Achmede laudantur, nec
 vltimis sæculis desierunt istius mo-
 ris. Abugiafaris Epitomator in
 Calipha XII. Typographus qui
 Arabicis typis caruit, Hebraicè
 descripsit. וקאל אנה ראי פי מנאמה
 באן באל פי אלמחרב ארבע מראת פעמה
 דלך ותוגה עלי סעיר בן אלמסבב וקאל לו
 Sibi visus
*quater mejere in primario templi loco,
 atque ea de re tristis profectus esse ad
 Said filium Musabibi, qui dixit ei qua-
 tuor ex filijs eius imperaturos esse.**

Olim quatuor argentei pretium interpretationis erant, hanc etiam mercedem probantibus Iudicibus, apud quos pro illa data est actio. Historia Hidur in libro recto. עתה בני אדם יתנו לי אהבעה כסף בשכרי על *Quatuor argenteos pro interpretatione somnij omnes mihi dare solent*, vocat cum Mose huius libri auctor, voce verpis omnibus ignota. Iacchi ad Daniel explicat. ששואלים במיטי מתי בעצמותי. *qui mortuos consulunt, eorumque ossa: Saadias aliquid voluit*, sed quod in antiquissimis legerat, non intellexit היו נוקבי חור באילן ומכניסי בו רברי כשפי ואוטמי אותו והיא מגיד להם כל דבר. *Perforabant arborem, in foramen multa magica condebant, ac deinde claudebant, tum illud ad quaesita responderebat.* Verum est in ἄλσεισιν fuisse vocales arbores, illis ῥιζοπαγαίς

genij alligati impiis percontanti-
 bus satisfaciebant, hoc à veteri Sy-
 rorum magia ad Græcos transi-
 tum fecit, qui *δενδροφυσῆς νύμφας*
 celebrarunt, ipsi à caractere na-
 turali arboris ordinem nomén-
 que se agnoscere mentiebantur.
 Aben Esra genetliacos esse voluit.
 חבמי התולדות היודעי העקרי ותולדות
 בל דבר Ægyptiacam vocem quæ
ιερογραμματεα notat ad linguæ suæ
 formam detorserunt, itaque in ea-
 dem historia benè Iosephus τῶν *ιερο-*
γραμματέων τις, καὶ δὲ ἡσάμιοι ἐπὶ τῶν
ἀληθῶν, &c. cum Pharaο somnij
 sui explicationem postulat בא אחד
 המלך *Venit ad*
Pharaonem unus ex Principibus. Op-
 timè ex ritu, nam omnium do-
 ctissimum Rex aliis principem
 constituēbat, fuitque in Orienta-
 lium aulis maximæ dignitatis no-
 m ij

men de Ægyptiaca Thalmud in
 Sanher. וזהניוממרה ראשי החרטומי של
 פרעה *Ianes & Mamres Principes*
Magorum Pharaonis. De Babylo-
 nica Daniel. cap. 2. זה שלטה על כל
 מדינת בכל ורב סגנין על כל הבימי בכל.
Præposuit super totam prouinciam
Babylonis magistrum inter præcipuos
& cunctos sapientes. Sequitur de ob-
 stetricibus laudabilis locus, & qui
 controuersam aliàs in Mosis textu
 sententiam planiorem facit, illæ à
 Pharaone interrogatæ, cur edicto
 de interficiendis maribus spreto
 non paruissent, ita respondent,
 non sunt Hebrææ sicut mulieres
 Ægyptiæ כן הוית quoniam *uiuaces*
 illæ, & priusquàm venerit ad eas
 obstetrix pariunt הוית *uiuaces*, *ob-*
sterrices, & *animantian* notat. Primam
 vocis notionem vulgus retinuit.
 Symmachus secundam *μῆται δὲ ὄντι*

ἀπὸ τῶν ἐλθεῖν τὰς μεγάλας τιμωρίας. ab
 illo stat Oukelos qui חכמים *sapientes*
reddit. Tertiam noster probauit
 quam & Glossa Salomonis tuetur.
 משולות לחיות השדה שאינן צריכין המולדת
similes feris quæ obstetricibus non in-
digent. Hoc Theodotio dixit ζω-
 γροδοσιν αὐταί, vbi τὸ ζωγοδοσιν, non
 est fortes & viuidos edere, sed
 ad instar animantium parere. Satis
 insolenter, contentiosus interpres
 nouam vocem non inuenit, sed
 iuuenta nouè vsus est. Has ob-
 stetrices Ægyptias fuisse non dissi-
 mulant, itaque dubitant quæ erga
 mares Hebræos clementiæ causa
 fuerit. R. Isac Bar Iuda Leuita in
 libro cui titulum fecit פנה רוח
 hoc Ægyptiacum, Iosephi no-
 men fuit, nodum soluit מצאתי
 ונתניירו היו מתחלת שמצריות
inueni Ægyptias fuisse, sed in Religionem Iu-
 m iij

daicam adsciras. Ab illis obstetricibus ingentem etiam pecuniæ summam colligebant Reges Ægypti, apud quos antiquissimum hoc vectigal fuit, quod & suo tempore in pluribus locis viguisse docet Aben Esra. שרות היו על כל המילדות כי אין ספק כי יותר מחמש מאות מילדות היו אלא אלו שרות היו עליהן לתת מס למלך מהשבה האיתו היום במקומות רבות. *Non dubium est fuisse, ut minimum quingentas obstetrices quibus illæ præerant, Regique Tributum de mercede artis suæ reddebant, quod & hodie in pluribus locis observari vidi.*

CAP. II.

*Lepida Festi Tabernaculorum
origo, Davidis locus iudaicè
explicatus, Balnea puerorum,
Triplex in natiuitate lumen
futuri signum, in ade, in pue-
ro, in parentibus Patriarchæ
septimo Mense nati, & Mo-
ses. Mosi & Mariæ ἑτοιμα.*

MIRACVLVM de liberatis
Iudeorum pueris, binisque
istis lapidibus alto supercilio A-
pellæ iactant. Vir harum littera-
rum callentissimus Cap. 3. Synag.
Iud. hæc habet: *Inuenitur etiam in
Midrasch siue libello quodam concio-
natorio, quod cum Pharao Rex in
m iij*

Ægypto pracepisset, ut masculi Iu-
 daeorum in profluentem abijcerentur,
 omnes mulieres Hebrææ in campos pa-
 tentes excurrerint, ibidèmq; paruu-
 los earum fuerint enixa, quando mas-
 culos pepererunt, terra se aperuit, cõs-
 que assumptos cooperuit, quo facto
 Deus singulis lapides binos creauit,
 unum quidem talem ut ex eo lac, al-
 terum verò talem ut ex eo mel exsu-
 gerent, sicque sub terra tantisper con-
 seruarentur dum & adoleuissent, &
 grandes facti fuissent, post quod tem-
 pus elapsum quilibet eorum ad matrem
 rursus accurrerit. Idem in libro Ia-
 sar inuenies illa, להחיותם לסכום
 לחיותם לנגר, lauare, ungere, tergere, in
 puerperis nota in quibus tamen
 λεχίαι λούτρα, ut loquitur Calli-
 machus; distingues ab illis puero-
 rum. Plaut. in Amphitr.

Postquam peperit pueros, lauare
 iussit, nos occipimus.

Nihil notius. Illa festi tabernaculorum origo lepidam est, cum reuera in memoriam tabernaculorum quæ per quadraginta annos habitauerunt, institutum sit. Celebrant xv. mensis septimi, qui si à Martio incipias in Septembrem nostrum cadit. Vide tractat. סוכות in Thalmud. quatuor arborum species sibi tantum accipiendas falso persuaserunt, circuitus quos agunt Hiericunthij, muri lapsi memoriam esse volunt; addunt Nebulones impiè cõtra nos. שחפז'ו ר'ו חומת אדו Rechai in lib. קד וקמח. Diem septimum Festi vocant רבא הושענה רבא *hosanna magnum* huius diei nocte in luna futura se conspicere audacter affirmant. Vide Ramran Rakanat ad Cap. 14. lib. 4. Mosis. Locum Davidis גבי גבי. vulgò vertunt *super dorsum meum fa-*

bricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam. Aptius arauerunt ad historiam; cum enim terra conditi essent Iudæorum pueri, eam arantes Aegyptij super dorsum eorum arabant; etiam Iudaica *λεπτολογια* ex Chaldaica eiusdem vocis significatione licet *prestigias fecerunt prestigiatores*. Hoc enim est *שרר* Syris & Chaldæis. Aegyptios autem Magicis artibus Israël aggressos, ne quem quærebat exitum inueniret; Salomo Panielides in libro *מאור עינים* *lumen oculorum* docet. Primò Iocebed partæ Mariam edidit, nominis causam adfert ex vulgi Hebræorum sententia. Seder olam Raba siue Chronicon mundi maius in eadem est, *ויון חשעבוד יותר על כן ולא פחורת מפו שני בשנותם של מרים ולמה נקרא שמח מרי על שם מירור*. Proinde *seruitus Aegy-*

piaca, nec plus nec minus octoginta
 annis duravit, quantus fuit annorum
 Mariae numerus, unde Maria appella-
 ta est ab amarore, aliquibus ἐτρομον
 ab excellentia & altitudine pla-
 cuit, vt Angelo Caninio libello
 De nominibus Hebraïcis noui
 Testamenti, quod ait eas in qui-
 bus Moses natus est ædes ipso na-
 tiuitatis momento clarissima luce
 fulsisse. Habet ex orientalium
 Theologia, in qua Syri, Arabes,
 Persæ ita συλλογιζονται. Significa-
 tum est super omnes homines lu-
 men diuini vultus quò ab animan-
 tibus & distinguimur & metui-
 mur. Hoc verò comitem τῆς ἁγέ-
 σως Angelum secum trahit, vnum
 vt minimum, nam ἀπὸ τῆς δαίμων
 αἰδεῖ συμπαείσασται; sæpius pro fu-
 tura nascentium dignitate plures,
 vt in Prophetis, illi præsentia ac

tutelę suę signa sapientibus ostendebant, & harum rerum non inficiis, aliquando, atque vt plurimum luce quam triplicem notabant in loco, in parentibus, in pignore. In loco, vt in locebed adibus accidit Salomo Iarchi בשנורד (משה) נתמלא הבית בלו אורה *Cum natus est Moses, tota domus luce impleta est.* Plaut. in Amphitruo. *Cum Hercules nasceretur Thebis (quam urbem Syrorum coloniam nemo ignorat.)*

— *ibi continuo contonat*

*Sonitu maximo, ades primo ruere,
rebamur tuas*

*Ædes, totę confulgebant tuę quasi
essent aurea.*

De luce in parentibus & filiis Prophetarum exemplum habes in libro Genealogiæ Mahumedis, quem Hermannus Dalmata ex

Arabico Latinum fecit, *Semen lucis Prophetica* in omnium Prophetarum vultibus ab Adamo & Seth usque ad Mahummedem ibi animaduertes. Huius lucis originem à candela, quæ sub throno gloriæ est, accersunt. Liber Mosaïcarum quæstionú Arabicè scriptus, necdum editus, postquam in eo Moses memorauit. אֵלֶּרֶשׁ קַנְדִּילָה מִן תַּחַת
Candelam quæ sub Throno gloriæ. Respondet Deus אֱלֹהִים קָאֵל אֱלֹהֵינוּ
 תַּעֲלֵי יוֹמוֹסֵי פִיהָ אֲרוֹמַח אֶלְכֵבִיין אֶלְצִדִיקִין
Deus excelsus ô *Mose* !
hæc (candela) Prophetis, Iustis, Martyribus, & Probis conceditur. Quod
 candelam Arabes vocant ברק siue
 fulgur Maymonides dixit initio
 libri מורה נבוכי quo Prophetarum
 gradus distinguit πῦρ αἰώνιον ἀσπίδων ἀε-
 μίμωνον Zoroastes. ex illo igne,
ruleo, candido, perpetuo, subito

& prophetiæ magnitudinem & prophetæ auctoritatem huius scientiæ callentes iudicabant, certam *μολιχης* istius Theologiæ veritatem in libris de Arcan. veter. Chaldæor. Theolog. explicabimus, ac distinguemus à tunica lucis Adami כַּתְנֵת אֵוֶר quæ Nemrodo postea contigit. De qua Sopher Iaschar Mosen post sextum mensem natum prodit. Septimestrem *σάμψελογος* natio scribit ad imitationem Patriarcharū. Chronicon Iudaicum cap. 2. נמצאו כל 2. השבטי' נולדו בו שנים חוץ מבנימי' כל אחד אחד *Inueniuntur omnes tribuum Patriarchæ intra septem annos procreati, præter Benjamin singuli singulis septem mensibus.* Sed fastidiosi sunt in numerandis. Isaac Bar Iuda Leuita in Pahaneah Raze. *Quinque tantum integros*

LIBER PRIMVS. 191

menses supputat, & vltimum ac
primum diem primi & extremi
mensis ' חרשי לחמשה חרשי non
ויום אחרון של חרש שלפנ הם ויום ראשון
·adeò otiosè nugantur,
sed sex integris mensibus primum
septimi diem addunt, ita glossa
Iarchi והיא יורתו לששה חרשי ויום אחר
·Pudet nuptiarum. Octimestrem propter opi-
nionem de non vitali, fugiunt.



CAP. III.

*Mosis ἑτομον, varia nomina,
 liber Ægyptiaca lingua de
 cultu terra, Monios, lauare
 in Nilo ex ritu, Ἐπιφανεία
 templorum Ægypti, Regium
 conuiuium, sedendi ordo,
 mulieres consilij aderant.
 Osarseph.*

REGIA virgo lauabat in Nilo
 cū expositum Mosen rep-
 perit Jonathan Vzielides balnei
 causam miraculo tribuit ונרי מימרא
 דיי צולקא דשחנא וטריב כשרא בארעא
 דמצרי ונחתת ברתיה דפרערה על נהרא
*Misit Deus combustionem ulceris, &
 ardebat caro in terra Ægypti, &
 descendit*

descendit filia Regis ad frigus captan-
dum super fluvium. Ezechiel Tragi-
cus.

καὶ πείρα θυγάτηρ βασιλέως ἄβραμ
ὄμυ
καὶ ἦλθε λυθῆις χροῖτα φαιδρῦναι
ἴσον.

Scilicet ex ritu gentis. Aben Esra
qui diu in Ægypto vixit ad hæc
Mosis, descendit filia Pharaonis, ut
lauaret in Nilo. ויחתה בתה נחשה ויהי
ex more Ægyptiarum. Et religio-
nis ergo, quod illis in ἀγνείαις.
frequens. Philo inde vocem sacro-
rum ἁειρραντήρια vsurpat. lib. de
vit. Mos. Ἐξομῶσαι μὲν τὴν θεοπαμίδα
ὅτι τὸν ποταμὸν ἔνθα ὁ παῖς ἐξέκειτο, καὶ
πείρα λυθῆις καὶ ἁειρραντήριαις χροῖται
μέλλουσα. &c. sacri lauacri Ægy-
ptio ritu exemplum habes lib. ii.
Milesiac. Apul. alias in templis
Ægypti ἁειρραντήρια erant que in

gredientibus aquam sustinebant,
 vti puri castique deos adirent,
 eaque æreis instructa rotis, quan-
 do & apud illos hanc aëri vim in-
 esse persuasum erat. Hero non-
 dum Græcè quod sciam editus
 sicilla describit : ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις
 ἱεροῖς πρὸς τὰς ὁδοῦσιν ἔχουσι
 χαλκοὶ γίνοι, πρὸς τὸ τοῖς εἰσερχο-
 μένοις ὅτι σφύζονται αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸ δοκεῖν
 τὸν χαλκὸν ἀγνίζεν· ἐστὶ δὲ ἀειρρῶν-
 τήρια πρὸς τὸ τοῖς εἰσερχομένοις πε-
 ριρραίνεσθαι. Philo huius moris,
 vt qui in Aegypto viueret non
 inscius ab eo vocem à templis ad
 muliebre balneum trāstulit, quod
 pariter ἀγνείας causa indicauit. De
 Mosis etymo ipsi Mofi creden-
 dum est ἡπηρωσ' ἡπηρω *Ex aquis
 extraxi eum.* igitur vox est Hebrai-
 ca. Sed quid obiicies illis qui Ægy-
 ptiam pertendunt, quæ & Philo-

LIBER PRIMVS. 195

nis & Iosephi sententia est Philo
 τὸ γὰρ ὑδαρ μῶς ὀνομαζέσσι certè
 Philo Hebraicè nesciebat, vt
 pridem à viris doctis obseruatum
 est; At Iosephus τὸ γὰρ ὑδαρ μῶς
 οἱ Αἰγύπτιοι καλεῖσσι, ὑσῆς ᾧ τοὺς θεῖς
 ὑδαρ σαρῆντες. putat μωϊσῆος
 Aegyptiaco sermone vocatum,
 quod falsum est. Nam hac lingua
 Monios vocabatur שם משה מתורגם
 מלשון מצרי' בלשון הקדש ושמו בלשון
 רחוקה מוניוים וכך כתוב בספר עבודת
 האדמה הנעתק מלשון מצרי' אר' מצרי'
 לשון קדרי' וגם הכו בספרי חבמי יוני
Nomen Mosis interpretatum ex lin-
gua Aegyptia in Hebraeam, nam eius
Aegyptiacum nomen erat Monios,
sicque scriptum est in libro de Agricul-
tura verso ex Aegyptio sermone in
Arabicum, sic etiam in Graecorum li-
bris. Obiter doctos monebimus
 hunc librum etiam hodie apud

Iudæos in catinis ferri in Aegypto combustos produnt, à quo supplicio liberatus fuit, vt ex Akiba Ezechias in commentario Caskuni dicto obseruat. Illud ךרר ףרר ex Ezechiele est, *Quasiui virum qui claudens claudat materiam, et sicut in ruptura ante me.* In Regis quod describit conuiuio Reginam à dextra, filiam à sinistra Regis collocat, benè ex ritu gentis, ab Aegyptiis Persæ Athenæ lib. 4. *Ἐὰν πλείστα ὁ βασιλεὺς μόλις ἀειτᾷ καὶ δέπνῃ, ἐπιότε δὲ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ σενδέπνῃ, καὶ τῶν υἱῶν ἐπιῖσι.* Sæpe inter Regem & proceres quando aderant, interiectum velum. Sedebant autem non nisi iussu Regis qui loca distribuebat. Liber מבחר הפנינים Electuarium gemmarum, siue additamentum Cap. 55. המלך יושב על כסא מלכותו בבית המלכות ולפניו

ולפני' כסאות ונסיכות לשרי' ולסגני' וחכמי'
 ולנבני' כסא על כסא לפי מה שהוא התנשא
 וישבו איש לפי שכלו איש על כסא אשר
 בחר לו בלא מצות המלך ויחר לו מאד
 ויאמר איך ישבתם ומוצתי לא שמרתם
 ויאמר העליון גודל יחוס משפתתי הושיבני'
 על רעי ויאמר השני חכמתי היתה הושיבני
 על אשר תחתי ויען השלישי שפלות נפשי
 נדכארתי לכבי הושיבני החתיהם ויאמר
 המלך לשלישי קום שב עליהם כי צויתך.

*Sedebat Rex super regium thronum
 in palatio suo, ante quem multa sedi-
 lia parata Ducibus, Principibus ac
 Sapientibus. Singula singulis altiora
 secundum dignitatem. Sederunt om-
 nes in sede quam sibi quisque elegit,
 absque Regis mandato, unde Rex ira-
 tus: Quomodo, inquit, absque imperio
 meo sedistis? Mihi quidem respondit
 qui primus sederat, familiae mea di-
 gnitas hunc locum tribuit, secundus,
 sapientia qua praeello hunc mereatur.*

*At tertius, tenuitas mea hoc ultimo
 esse debuit. Surge, ait Rex, & su-
 per eos sede, quoniam ita iubeo. Re-
 ginam Pharaonis vxorem adfuisse
 concilio, ac sententiam dixisse:
 non miraberis si in Bar Iuda Le-
 uita traditionem de illa legeris;
 Doctam artes magicas שהיתה שקולה
 במכשפות נגד כל החכמי וחמכשפוי
 ad
 instar sapientum.*

n iij



CAP. IV.

Balaam Eunuchus, eius filij
Βιουγγς, Regia suppellectile
uti nefas, Θεων αεροθελησις
apud Ægyptios. Ægyptij
serui à Iosephi temporibus,
historia Ægyptij à Mose
occisi. Occidere diuini nomi-
nis pronuntiatione קוסטין Rex
non nisi gladio interficiebat
apud Iudeos.

אחד מסריו המלך Vnus ex Regijs Eu-
nuchis. Balaam, scilicet, cuius ta-
men postea filios laudat Ianem &
Mamrem. Ita Moses Putipharis
in aula Ægyptij meminit quem
Eunuchum prædicat, & tamen
eius vxorem celebrat. Toto orien-
te qui Regibus à secretis ministe-

riis erant hoc nomine sapiùs vo-
 cati, quia verò ex illorum senten-
 tia hoc hominum genus fidelita-
 te erga dominos commendari
 solet, indèque potentia cresce-
 bat. Hinc סרים Eunuchus &
 סריסים Chaldæis interpretibus
 רבנא & רברבים & Græcis ὄνομαζες
 vltimis temporibus ὄνομαζὼς ἔχων
 ideòque Syris eadem significatio-
 ne מהימנא ὁ πισὸς. Itaque verum
 est Scholion Romanæ editionis
 ὁ μὲν Σύρος μᾶλλον ἀποσημασία τὸν τε
 ἀπάδοντα, καὶ τὸν πισὸν αἰθερα λέγει
 τὸς δεσπότας. Persuadet Balaam
 Mosis mortem Pharaoni ויסירו את
 ראשו *capite plectere*. Loquutus ex
 more gentis suæ, apud quam Regi
 nefas occidere, nisi gladio. May-
 monides operis חוקה יד part. 4. ha-
 laca de Regibus & bellis eorum.
 וזון למלך רשות להרוג אלא בסייף בלבד

Regi nisi gladio interficere non licet.
 Ad hoc alludit, atque eodem lo-
 quendi genere vsus R. Iedäia Cap.
 32. de silentio, vbi indicat ali-
 quem qui maiestatem petulanti
 dicto læserit לשונו כשלוך ומוט האדם כשלוך לשונו
 ולא מוט בשלוך רגלו כי כשלוך לשונו
 יסיר ראשו *Mors hominis est in offen-*
diculo lingue, non pedis; offendicu-
lum enim lingue caput auferet. Iu-
 dæus qui Arabicè scripserat (nam
 Hebraïca quæ superest interpre-
 tatio, R. Aben Tybon est) Arabi-
 cum adagium intellexit. אך אן
 יצר לב לשאנך ענפך *Caue ne lingua tua*
feriat collū tuum. Neque mirari licet
 Balaami sententiam, illorum enim
 iuri conuenit, quod Regię suppel-
 lectilis vsū pœna capitis vindicare
 amat. אין הוכבי על סוסו יושבי ערל כסאו י ואין משתמשו
 בשרבוטו ולא בכתר ולא באחד מכל

חטמטו Equum Regis nulli conscen-
 dere, nec in throno sedere, nec sceptro
 aut (corona) eius vii, nec vlla illius
 supellectile licet. Peccauerat contra
 eam legis partem Moses quæ de
 corona cauebat, in Midras Tillim
 ad Psal. idem 20. Leges ex Thal-
 mudicis descriptum. Inde somnij
 interpretatio ex Balaami senten-
 tia in iudicio R. Hai *על ספר המצוות*
 הרואה שגלקח בחר או מצנפת מעל ראשו
 . *Qui videt sibi coronam aut*
galeam tolli, eius fortuna minuetur.
 Gabriëlem deinde, qui Principis
 viri specie Regem alloquitur, non
 fero Ægyptios sapientes latuisse.
 Illi in Theologia sua *אשר*
אגנוסו agnoscere & lumine & in-
 cessu docebant? De lumine dice-
 mus ad Iamblich. De incessu do-
 cet ex eorum doctrina Calasiris
 apud Heliodor. ex eorum arcanis

libris illud Virgilianum est:

Et vera incessu patuit Dea.

Hæc omnia excutiemus in libris de Chald. Theolog. Quòd verò Regina Pharaoni persuadet illi ius esse, prout voluerit in Ægyptum ac Ægyptios, non solum adulatoriè dictum, sed ex historia fide: nam à Iosephi sæculo, Omnes emendo frumento seruos se Regi addixerant Mosis testimonio קנה אתנו וארץ ארמנתנו בלחם acquire nos & terram nostram pro pane, & erimus nos & terra nostra seruientes Pharaoni. Historiam Ægyptij occisi narrat Moses, sed Nebulonis scelus tacet. Salomo Iarchi ex auctore nostro habet: נתן עיניו בה: ובלילה מעמידו והוציאו מביתו והוא חור יאונכנס לבית ובנה על אשתו כסבורה שהיא בעלה וחור האיש לביתל והרגיש

בדבר וכשראה אותו מצרי שהרגיש בדבר
 &c. *Aegyptius* היה מכהו ורודתו כל יום.
Salomih deperibat, cuius maritum
noctem extra aedes suas agere iussit,
 (erat enim Israëlitarum operibus
 prepositus) statimque postquam
 domo discessit scelestus redijt, atque
 uxorem Judæi quæ maritum esse su-
 spicabatur, compressit. Vir à reditu
 negotium persensit, ideòque singulis
 diebus pessimè Iudæus ille ab *Aegypcio*
 excipiebatur. Miraculum de Cerui-
 ce marmorea Mosis, quod narrat
 idem gentis suæ scriptorum tena-
 cissimus, non omisit, itidem ex
 nostro ut huius scripti apud suos
 auctoritatem videas. מסרו לקוצינר
 ולא שלטה בו החרב הוגה שאמר משה
 Permisit eum car-
 nifici, sed nihil potuit eius ensis, atque
 hoc est quod voluit Moses cum dixit,
 & liberavit me ex gladio Pharaonis.

Aliud simile de marmorea Iacobi
 ceruice & dentibus Esau exstat
 apud Vzielidem Chaldæum קוסט
 יניר. *carnificem* interpretatus sum,
 certè occidendus Moses eius po-
 testati permittitur, שר הטבחי no-
 tissimæ in Aulis Aegyptia & Ba-
 bylonia dignitatis nomen, de qui-
 bus dubium est an damnatos sua
 ipsi manu interficerent, magno
 certè in honore fuisse constat. At
 carnifices apud illos, Chaldæos
 præcipuè, adeò infames scimus, vt
 ad hoc munus damnari summi
 supplicij, & tamen satis frequen-
 tis loco fuerit. Exemplum habes
 in Babylonicis Iamblichi καλειεται
 δημιος φρεσαι. Vulgò Syrorum cu-
 stodes, Matth. Cap. 28. ιδου τινες
 φρουραδαι sunt אנשי מן קסטוראי
 Hunc verò Aegyptium constan-
 tissima traditio est à Mose occi-

sum non ense, aut aliquo telo, sed
 diuini nominis pronuntiatione,
 sicut & Petrus Ananiam & Saphi-
 ram verbo solo. מִכַּן אָנוּ לוֹמְדֵי

שֶׁהַהֲרֹגוּ בְּשֵׁם הַמְּפֹרָשׁ. Traditio est,

Mosen eum nominis diuini pronun-
tiatione interfecisse. Vt scias eius

sententiae antiquitatem Clemens

Alexandr. lib. i. ἀρχὴ καὶ τὸν Αἰγύ-

πτιον τὸν τὰς ἑβραίων ἀδίκως ἐπιτέμνον

παταξάσας ἀποκτεῖναι, φασὶ ἧ οἱ Μύσαι

λόγῳ μόνῳ ἀπέλειπεν τὸν Αἰγύπτιον, ὡσπερ

αἰμέλει ὑστερον Γέρος ἐν ταῖς περὶ

ἕξαι φέρεται τοὺς ἰοσφισαμύους τῆς ἡμῆς

τῶ χειρὶ καὶ ψυσαμύους λόγῳ ἀποκ-

τεῖναι. Sed de his plura in libro

de ritibus Iudaicis Noui Testa-

menti.

CAP. V.

*Miraculorum distinctio apud
Theologos Hebræos, Michaël
Angelus, Ianes & Mamres.
בני קדר & filij Kedar &
Kedem, Lybes Aethiopes, Fi-
delitatis Sacramentum Regi
præstitum.*

ILLVD de Ceruice Mosis mar-
morea reuocat in mentem,
quod Meir Aldabi lib. 1. Semit fi-
dei. Differit de miraculis. Ait, ex
communi gentis sententia spe-
ctanda esse, vel in rebus natura
possibilibus vel impossibilibus, in
impossibilibus, vt הפך המכה לנחש
ושקיעת הארץ בערת קרח ובקיעת הים
Sicut

Sicut mutatio virgæ in serpentem, & scissio terra contra congregationem Coræ, & scissio maris. In possibilitibus, sicut הארבה חרד הדבר במצר. Locusta, grando, pestis Ægyptiaca. Sed in hoc genere miraculorum tres requirunt cōditiones. Primò, vt accidat quo tempore Prophe-
 ta minatur. 2. זרות האפשר ההוא על. Vt sit aliquid extra-
 neum & inusitatum in illa re, vt locustæ erant tales quales num-
 quam antea visæ fuerant. 3. המשך האפשר ההוא המתחדש והתמדתו כברכות
 וקלות. vt res illa noua duret, eius-
 que continuatio sicut in benedi-
 ctionibus & maledictionibus.
 Triplicem pariter modum, illis-
 que tribus conditionibus opposi-
 tum Ægyptij Magi in falsis suis
 miraculis seruauerunt, quod alibi
 excutiemus. Deus Michaëlem

misit, qui Moſen eripuit. Vocat
 illum cœleſtis militiæ principem.
 Aliis quidem Theologorum eſt
 Angelus Mitatron, ſcilicet intel-
 lectus agens mundi ſenſibilis per
 penetrationem formarum à Deo
 omnibus vitam præbens, & omni
 quod eſt mobile influens. Aliis
 eſt ſpeciei totius Angelicæ no-
 men appellatiuum, quod per
 יהי כן & *factum eſt ita* innunt.
 Nam & ſymbolicè eundem ט
 מכלל numerum referunt, ex vni-
 tate & centenario Angelicæ po-
 teſtatis argumento, quod in his
 litteris ſapientes intelligent. Vnus
 etiam eſt ex quatuor Angelis orbi
 præfectis, qui ex parte Clementiæ
 (vti, vides hoc loco. Nam Mo-
 ſen liberat) vento Orientali vſque
 ad medium diei & vſque ad no-
 ctē imperat. Tedaꝝ Leu. lib.

de decem numerat. Balaami filios
 Aues & Samres vocat corruptè,
 vt existimo pro Ianes & Mamres,
 locus sepulchri eorum, Magicis, vt
 credebant artibus extructus; po-
 sterioribus sæculis clarus fuit, plu-
 ribusq; fabulis occasionem præ-
 buit. Meminit Pallad. in histor.
 Lausiac. in Macario Alexandrino.
 ἐπεθύμησεν πότε ἕτος ὁ αὐτός, ὡς αὐτός
 ἡμῖν διηγήσατο γὰρ τὸ κηποβάφιον εἰσελ-
 θεῖν τῷ Ιανῶ καὶ Ιαμβρῶ τῶν μεγάλων τῶν,
 ὅτι τῷ Φαραῶ, χάριν ἰσραήλ, καὶ ἵ-
 στυχίας τῶν ἐκεῖσε δαυμόνων. ἐλέγχετο
 γὰρ πόρπολλος καὶ χαλεπὸς ἀποκεκλη-
 ρῶσθαι παρ' αὐτῶν ἐκείνοι τὰ τόπω ἐ-
 κείνω, δαίμονας δὲ ὑπερβολικῶς τῆς ἀνά-
 μις τέχνης αὐτῶν. τῆτο ἵ τὸ κηποβάφιον
 γέρονεν παρὰ αὐτῶν τῷ Ιανῶ καὶ Ιαμ-
 βρῶ τῶν ἀδελφῶν, δὲ ὑπερβολικῶς τῆς
 μαγικῆς τέχνης τὰ ἄρῳτα ἐχόντων, καὶ
 ἐν εἶνο καὶ ἰσῳ καὶ τῷ Φαραῶ, &c.

Primi Dæmones locis allegasse dicuntur, atque hoc ἐπαοιδῆς genus quod δαιμόν θεῶν Magi Græcorum vocant in impiis suis libris, inuenisse. Hæc est alia Magices factio cuius meminit Plin. lib. 30. à Iane pendens. Numenius ἱερογραμματείας ἀνδρᾶς ἔδενός τῆ μαγῶσσι ἠήθονας vocat. Alterius, Ianis scilicet, nomen, iam olim apud Apule. Apol. 2. vir doctus corruptum iudicauit. Sequitur Æthiopici belli descriptio in עדי קדני vel קדר Kedem aut Kedar leges pari sensu. Nam Kedem & Kedar frater fuit, Ismaëlis Arabum parentis filius. Inter Æthiopus & Arabas interpretabar primò. Nam ad verbum Cedraeos Arabiæ populum in Plini. lib. 5. cap. 11. inuenies, verùm omnes Lybiæ incolas Æthiopus dictos

Græcis certum est, sicque hoc Arabes nomine laudatos, Ezechiel Tragicus in hac ipsa historia:

λιβὴν μὲν ἢ γῆν πᾶσαν κληΐζεσθαι ἔβη,
 ἢ καὶ δ' αὐτὴν φῦλα πρῶτων ἡμῶν
 Αἰθιοπες ἄνδρες μέγαντες, ἀρχῶν δ'
 ἔστι γῆς, &c.

Illa *Quis posuit os homini, &c.* penè ad verbum in Iarchi & aliis inuenies, quo tibi magis huius libri auctoritas commendetur. Cum Balaam proditione sua, & Regis absentia urbem occupat, ait scriptor noster וישבעו לו וימליכוהו עליהם
Jurauerunt & Regem constituerunt. Totum ritum eisdem inter populos habes ex Abugiafaris Tabaricæ historia in epitomen redacta per Georgium Elmacin in Abubecro Iusto. וכתר אלקול וארתפעת
 פקאר עמר אלבוכר אבסט ירך נבאיער

פסס ידו פכאיעה אלמה אגרון וא אל אנצאר
*Et multiplicato sermone & sublatis
 clamoribus dixit : Omar Abubecro
 (ecce ritum) expande manum tuam
 ut fidelitatem tibi iuremus , & ex-
 tendit manum & fidelitatis ei iura-
 mentum praeftiterunt.*



CAP. VI.

*Æthiopici bellandi ritus, fossa
& serpentes arte magica
congregati חבארי chabarim de
Magia serpentum בפתח ba-
siliscus, pulchri Reges electi
de iure regni Æthiopici, ser-
pentes ciconijs venari. Æ-
thiops pro seruo.*

AGNOSCO Æthiopicum
bellandi ritum in hac histo-
ria, primò quod ductis maximo
labore fossis & fluuij aqua reple-
tis, vrbs partem cingit. Ita Hyda-
spes Æthiops apud Heliod. lib.
8. ingenti fossa totam Syenem
vallauit, in quam & Nilum dedu-
o iij

xit, quod ait, קבעו נחשי רבי' בלטיהם,
*Serpentes multos congregarunt arte
 magica.* Scimus toto oriente μα-
 γείας ὄφειων fuisse, ita eos vocat lam-
 blichus, ἐν βαβυλωνιοῖς, ad quem
 plura dicemus. Congregabant in
 vnum locum vel vt occiderent,
 vel vt cui vellent, nocerent. חברי
 Critici Iudæorum vocarunt חבר
 חבר שמצרף נחשי' או עקרבי' או שאר
 . *Qui serpentes &
 scorpiones in vnum locum congregat.*
 Septem Angeli ἑπτά ἀγγελοὶ φέ-
 ρουσι, septem item euocantes illi
 מחברים, id est, *ligantes illi* מחברים
 id est, *congregantes*, quibus omnibus
 Ophiuchus influebat. Secundus
 hominum Kain qui ex impiorum
 sententia נחש הראשון *semine
 primi serpentis natus*, Zohar, scele-
 rata huius magiæ primus. (Vnde
 ὄφιογενεῖς) inuentor posteros illam

docuit. Nos alibi ostendemus nebulonum fraudes & סומאה של נחש dictam יצר הרע id est, *germen malum* דו צפעון basiliscum, Latini interpretantur, Iudæis est. *peior quam serpens*, & מן נחש רע מנחש Dauidi, Pomario, & Nathani grammaticis. Ieremias coniunctim dixit צפעוני נחשי — ineptæ gentis Philosophi à quibus Raschi שנה נעשה צפע לסוף שכבעי שנה נעשה צפע אוטם אחונו שלא שמע לקול חבר המלחשו. *Post septuaginta annos fit basiliscus, & obturat aures ne vocem incantantis audiat.* Cùm Moses electus est in Regem eius formam præcipuè commendat. Notauimus olim aliquam apud Æthiopas gentem quæ pulchriores sibi Reges faceret hinc *Ἐθίοποι ἀξιοὶ ἐγεγονόσαντες*, tamen (eorum saltem qui præcipui Meroem incolunt) regnum à pa-

tribus ad filios peruenisse ostendimus ad Heliodori lib. 10. cū à parentibus Chariclæa cognoscitur, *Ἐὶ βασιλείας γὰρ καὶ τῆς κατὰ αὐτὴν γησιείας Διφθοχῆς λόγος.* Alij in eadem gente nepotes voluerunt Stobæus ex Nicolao, *Αἰθιοπεὶς ἀδελφὰς μάλιστα τιμῶσι, καὶ τὰς Διφθοχὰς μάλιστα καλείπουσι οἱ βασιλεῖς ἔτις ἑαυτῶν, ἀλλὰ τοῖς τῶν ἀδελφῶν υἱοῖς.* (hodiè inter Nairas ita Nobiles vocant Indicos id obseruari ab Olorio & similibus scriptoribus discas.) *ὁ τὰ δ' ὁ Διφθοξάμνος μὴ ἦ, ἦν κέλλισον ἔκ πύτων καὶ μαχιμῶτατον ἀροῖται.*) Nec tamen insolens fuerit Æthiopas accipi pro Indis, quorum hunc morem esse diximus. Vel testimonio Virgilij:

Vsq̄ue coloratis amnis deuexus ab Indis.

De Nilo, cuius origo non ab India, sed Æthiopia, omnibus nota est. Displicuit verpis Æthiopicum istud Regnum & matrimonium, apud quos & כוש Æthiopia & כושי Æthiopes malum, seruitutem & seruos significat, sicut Αἰγύπτios apud Comicos Græcos ἀχόφο-
 ερι καὶ παροδρεσι. Onironiticum Iudaicum. הרואה עצמו בארץ כוש בצרה. Scholias-
 tes electuarum gemmarum אתר כן הכושי מן התורה.
 Qui in Æthiopia se viuere somniabit afflictionem magnam portendit. Et, Tu ex Æthiopi-
 bus es, id est, ex humili familia. Com-
 mentum de Ciconiis quod Moses inuenit memorabile est. Hesychus Illustrius lib. de Antiquit.
 Constantin. idem penè narrat καὶ ὅς δὲ χεῖρας καὶ δεξιόντων πλείστα
 χεῖρας ἐπέφοίτησεν τῇ πόλει, ὡς τοὺς οἰκῶ-

Τα αὐτίω Διαφθεῖρασαι, ὅς δὴ τῆ. τῆ
 καλαμῖο παραργῶν ὅτι φορεῖ διερχή-
 σαι το Ποσιδῶνος δινεργήσας. Sed no-
 tanda sunt auctoris nostri verba
 כני כני כרך כרך דור דור דור דור *Docete eas*
auscipium, ad instar accipitrum. Ser-
 pentes in Arabia & Aethiopia ala-
 tos Herodoti & Iosephi testimo-
 nio omnes sciunt: ἵνα δ' αὐτῶ ἔσι
 καὶ πεπειδῶ ὡς λαδῶ. Τα μὲν δὲ τῶ γῆς
 κακουργῶν καὶ μὴ ἀπεφθαρμένους ἀδίκῶ
 ἔσθ' πετῆ γινόμενα. Quod etsi fal-
 sum sit ex recentiorum scriptis
 tamen hæc Hebraïca sic necessa-
 rio interpretari debemus. Illud
 כני כני כרך כרך si vera refert, ἰερακοσ-
 φιον, non adeò recens inuentum
 probaret, certè inter eos aliqui *hi*
sunt qui in ciuibus cali ludunt, de illo
 accipiunt. Sed longe plura in præ-
 uerbijis Thalmudicis.

CAP. VII.

*Auguria Syrorum & Aegyptio-
rum עֵוָה וְעֵוָה וְעֵוָה serpens
& mustela in via, volatus
Magicus Balaami Abari-
dis, Virga Mosis sapphirina,
nomine ineffabili inscripta, in
hoc nomine miracula fieri
solita, Adami quondam fue-
rat, ut & vestis Esau. De
Circumcisione, Serpente, An-
gelo & Virtutibus immun-
dis quae in circuitu ambulant.*

BALAM vrbe capta deuo-
tionibus procuratis אֵוָה וְעֵוָה
per aërem aufugit, est quidem
אֵוָה vt scribunt Grammatici אֵוָה

חיות במעשות quales Thra sylly &
 Petosiridis numeros ridet Iuvena-
 lis. Alij ενοδιων συμβολων (ita Græci
 vocât) captatores explicant מנחשי
 David Kimchius ad lib. 1. Sam.
 מנחשי בכלדרה בעופות בכוכבי עורב
 קורא ר'ו שוע מימינו ונחש משמאלו
Qui auguria captant à mustela, aui-
bus, stellis, si coruus crociauerit, vul-
pes à dextra, serpens à sinistra visus
fuerit. De his alibi plura, ubi
 ostendemus à Syriis ad Etruscos,
 ab illis ad Romanos & Græcos
 hoc superstitionis genus manasse.
 quod per aërem aufugit, hoc in-
 cantationibus Magi apud Syros
 quadruplici differentia secundùm
 totidem κόσμου ἀρχοντας tentabant,
 qui δαίμονας ἀερίους, ut ipse Or-
 pheus vocat, in potestate sua ha-
 bebant, ita ut alter alterius fines
 non inuaderet. Quod scelere illi

exequabantur, Iudæi nominis di-
uini pronuntiatione idem se posse
iactabant. Primi exemplum ha-
bes in Balaam hoc loco, aliud
eiusdem ex Orientalium libris
Iarchi adfert ad Cap. 31. Numer.

שהית בלעם עמהם ומפריח מלכי מדון
&c. בכשפי והוא עמו פורח עמהם. *Erat*
Balaam cum Regibus Madianitarum,
quos per aërem volare suis incanta-
tionibus fecit, ipseque volabat, sed di-
uini nominis descripti auxilio cecide-
runt. Hoc in ea gente iactauit, &
Romæ perfecit popularis eorum
Simon Magus exitu simili, Petro
idem, quod Moses olim, exequu-
to. Alterius doctrinæ vestigium,
qua nomine diuino idem conati
sunt. In Mosi *αγαλλήψα* inue-
nies. Ait Moses רבינו של עולם אשב
על בנפי ענני' כשיעור שלש פרסאות של
מעלה מן הירדן ויהיו עננים מלמטה

הַגְּלוֹת דְּמִינֵי דֹמִינֵי *Domine, sine me super
nubes in aëre 300. Parasangis
altiore promissam terram, &c.* A
Syris ad Aegyptios, Græcos, Scy-
thas, omnes denique, de Abaride
Nonnus lib. II. δριυσ.

ἐκλυες αὐτὸν Ἀβαριν, ὃν ἐς δρόμον
ἠερέφορον
ἰσλαμδρά πομπωθεν ἀλήμονι φοῖβος
οἴσῳ.

Lucian. in φιλοφ. ὁραῖτα ἀφ' τῆ
ἀεροσφαιρῶν ἡμέρας οὐσις, &c. De
Mosis virga mira, & hominibus
nostris, pluribus etiam Iudæorum
& quidem maximè doctis ignota
diximus in libris de Arcan. veter.
Chald. Theolog. Spectauimus
creationem. Πρῶτον, בְּיַד תְּהִיָּה
וְזִיכְרוֹן Vzielides Chaldæus *creata
est inter solis. 2. Materiam ex Sap-
phyro fuit, sed Sapphyro de thro-
no gloriae, quem in Pirke siue
capitibus*

capitibus R. Eliezer. desumptum
 inuenies. מן משה ית חוטרן דנסב מן
 גינוניתא דחמוי והוא מספור כורסיה יקרא
Accipit Moses virgam ex horto (Ie-
thro scilicet) viditque eam de sapphyro
ex throno gloria Inscriptionem. Ea
 fuit שמא רכא nomen ineffabile,
 ignotum ante Mosen omnibus
 etiam Patriarchis, ideoque illi
 miracula non fecerunt, quia in
 hoc solo fiunt. Ioseph. καὶ ὁ θεὸς
 ἀπέστειλεν τὴν ἑαυτοῦ ῥαβδον ἐκ τοῦ
 ῥαβδουχοῦ εἰς αἰθέραις ἀειελεῖν οὐρανῶν
 lib. 2. Hinc est quod Cabalists
 scribunt Deum, *El Sadai*, nomine
 tantum cognitum Antiquioribus
 Mose, scilicet appellatiuo,
 at proprio Mosi innotuisse, qui
 in hoc signa sua & prodigia edi-
 derit, כי בשם אל שרי לא יעשה אותות
 . רק בשם הנכבד *In nomine Sadai mira-*
cula non fiunt, sed tantum in nomine

glorioso. Non solum autem ut mi-
 racula ederet, necessarium Mofi
 fuit nomen hoc scire, sed quia in-
 ter Iudæos traditio erat, eum qui
 populum Aegyptia seruitute libe-
 raturus esset, illos ignotum antea
 Dei nomen edoctrum. Aben
 Esra ex R. Iesua descripsit. אמר
 ישוע בני קבלה היתה לישראל מאבותם כי
 &c. המושיע לישראל יגלה שם חדש. ait
*R. Iesua Cabalam fuisse à patribus
 acceptam, quod qui Israëlẽ libera-
 turus esset, is nouum nomen indicaret.*
 Hoc in Christo verum fuit, qui
 nomen quod est supra omne nomen
 illos docuit, sed τῶνλοι ἕτερον τὸν
 ἑστὸν ὄμματα non intellexerunt.
 Docuimus & Numerum virgarum,
 Mosaicamque vnam tantum esse
 ex 8760. Exemplum alterius præ-
 ter Mosaicam habes, in Bava ba-
 thra Cap. 8. Visus ignis ardens cum

virga, cui nomen ineffabile inscri-
 ptum, qua percussum mare deru-
 mit. וְסַיִן קָלָה בְּאֵלוֹת אֲדָחֶקֶק עָלֶיהָ אֲהִיָּה &c. אֵשֶׁת אֲהִיָּה יְהִי יְהוָה צְבָאוֹת Sed
 hæc eo loco plenius: Nunc addi-
 mus, Non Mosis primi fuisse, sed
 Adami, à quo ad eum pertenerit
 Iechiel Ben Lâá Iedidia in libro,
 commentario in Capitula Pa-
 trum ex decem Rabbinis collecto,
 & Cracouiæ edito והמטרה שבו קרע
 משה את הים שהורה חקוק עליו ש
 המפורש והיה ביד אדם הראשון וכל הדורות
 מסרו זה לזה עד שהגיע ליד משה רבינו
 עליו השלום כדאיתא בדברי הימי דמשה
 &c. *Virga in*
qua Moses mare diuisit, que nomen
diuinum inscriptum gestabat hæc primò
Adami fuit, à quo successiuè ad Mo-
sen peruenit, ut est in libro qui vocatur
Verba dierum Mosis. Alij Aaronis
virgam esse putant. Hic locus me

aliquando torsit, aut enim memoria falsus est Iudæus, aut alium דברי הימ' של משה à nostro vidit. Sic de Adami veste, quæ multis postea sæculis Esau fuit, quam indutus, à præda venator aberrare non poterat. Vt Ionathanis Hebræus Scholiastes, Hanoniæ nuper editus, notauit. De illo Angelo, qui discedentis & ad sua remeantis filium interficere voluit, inmane quantum fatagunt. Causam irarum auctor innuit, incircumcisam prolem & Abrahamiticæ legis contemptum: poterat tamen veteri gentis traditione Moses se tueri, quæ puerum docebat non circumcidendum octauo die, si aut ægrotaret, aut in via esset. Angeli nomen Ziguasgaël apud Ionathanem, Manahem & alios, quem & Mosis præceptorem multi eorum

est, *similis factus est pro proiecit*, ex
 mystica eorum Theologia, in qua
 serpens virtutes immundas notat
 quae in circuitu ambulant, pro-
 pter illas data est circumcisio, vt
 ab eis nos liberaret; inquit Caba-
 listica Plci propositio ex Gequeti-
 lia desumpta. Quod lapideo cul-
 tro circumcidit *πετελης μαχαίρης*
 vocat Iustinus Martyr, Dialog.
 contra Tryphon. Optimè ex ritu,
 vt Galli testa, *acutum silicem*. Ca-
 tullus ad verbum *הַדְּרִיזוֹתֵי הַדְּרִיזוֹתֵי* ex-
 plicat. Ferri tamen alij meminere
עֲרִיבֵי לֶבֶן וְכֶסֶף וְכַפְרָוֹתֵי אֶרֶץ סִידְרָא גְרָדֵי.
 Idem optimus Ecclesiae doctor. de
 Aty Nonnus: *הַדְּרִיזוֹתֵי הַדְּרִיזוֹתֵי*
הַדְּרִיזוֹתֵי הַדְּרִיזוֹתֵי הַדְּרִיזוֹתֵי
הַדְּרִיזוֹתֵי הַדְּרִיזוֹתֵי הַדְּרִיזוֹתֵי
 Neque mirabitur qui tot homi-
 num sacrificia, lapideis cultris per-

acta legerit in Mexicano templo,
 apud Gomar. & alios rerum Indi-
 carum scriptores. Aaron, venienti
 Mofi obuius illum osculo excipit
 פרקי נשיקה id est, *osculum*, פרקי
 modo distinguerent א נשיקה קריות
 id est, *osculo proximitatis* quod lau-
 dat Kimchi ad lib. 1. Samuel alibi
 dicemus.

n iiii



CAP. VIII.

*Leones in ianuis, Ægyptij Pro-
phetae, eorum habitus, studia
magica in Ægypto, in adytis,
libri Isidis & Osiridis μάγοι
λεόντων. ἑρμῆτις Ἀργυπίλος, de
Ægypta παρρημακῶς dictum.*

היו בשער פרעה שני כפירי. Leones
ad Pharaonis ianuas duo stabant.
De Canibus Cathenarijs, vt vocat
Senec. lib. 3. de Ira. Nota res est
Artemid. ἢ κανῶν οἱ μὲν ἐπὶ θύραις
πέφονται, &c. lib. 3. At de Leoni-
bus quis vnquam audiuit? scimus
Reges & Principes aluisse caueis
inclusos, ad reorum supplicia, &
ad voluptates, sed honori Regis

tribuit, cuiusque palatio, quod Numinum templis solebant, Solis præcipuè: nam in vestibulis Leones alebant, Dei famulos & periorum vindices, ac scelerum, inde mirati illos non scire in Mosen & fratrem, quos facinorosos existimabant. *Ælian. lib. 12. Cap. 7.*

πωροῦντι γὰρ μὲν καὶ οἱ τὴν μεγάλῃ
 οἰκονομίᾳ ἠλιόπολιν ἐν τοῖς ἔργοις πωρο-
 πύλαις; τοῖς δὲ πρέφουσι τοῖς λέοντες
 ἰδιότροφους ἡνὸς μίσητας ὡς Αἰγυπτιοὶ φασὶ
 μεταφλητῶν, καὶ γὰρ τοὶ καὶ ὄναρ οἰσπερ
 οὖν θεὸς ἐστὶν ἰλεως ὅπισθ' ἅπαντες πωρο-
 πύλαις ἵνα καὶ τοῖς ὀπίσθον ὁ μόνον
 οὐκ εἰς αἰσθητῶν, ἀλλ' ἤδη δικαιοῦσι ἔ-
 θεος ἢ ὀργῶν τῶν δικαιοῦν αὐτοῖς εἰς πόντον
 τοῖς. Itaque cùm innoxios abire vi-
 dent, arti Magiæ tribuunt, quæ
 λέοντων κατὰ θελξιν docebat per λέον-
 τωμὸν φωνῶν ἀγγελῶν ὀνόματα. Inde Iam-
 blichus ἐν βαβυλωνικοῖς laudat μῦ-

ρους λεότων. Pharao cū loqueretur
 de Aarone & Mose ait : *אֵלֶּיךָ הָאֵלֹהִים*
isti Prophetæ. Et tamen exosos ha-
 bebat, cur igitur honoris causa
 nominauit Prophetas. *Προφήτης*
ἀπὸ τοῦ Πρωτοῦ vsitatum fuit, vnde
 & posterioribus sæculis *Προφήτης*
Αἰγύπτιος Charlatan παρρησιακῶς
 vsurpari solitum de illis, ad quos
 plebis ob fata sciunda concursus.
 Callisthenes MS spurius quidem,
 sed non aspernandus scriptor *ἦν*
ἐκαστοῦ ἐκείνου ἐπὶ τοῦ ἰατρῶν
σοφίης πολλοὺς ἀποδοχὸν ἄνθρωπον ὡς προ-
φήτης Αἰγύπτιος. Horum habitum &
 vestem si quæris, descripsit qualis
 erat suo tempore Apuleius lib. 2.
 Miles. Zaclas (id est *Φωνῆς* vel vo-
 calis) adest *Ægyptius* Prophetæ pri-
 marius, qui mecum iam dudum grandi
 præmio pepigit, reducere ab inferis spi-
 ritum, corpusque istud postliminio mor-

ris, animare. Et cum dicto, iuuenem
 quempiam linteis amiculis inrectum,
 pedesque palmeis baxeis induum, &
 aduersusque derafo capite producit in me-
 dium. Sed cur virgam omisit, nam
 antiquissimis temporibus gestasse,
 vel ex Mosis historia palam est,
 nam Mosaïca ceteras Magorum
 virgas deuorauit. Philo $\epsilon\iota\ \tau\ \epsilon\upsilon\kappa\alpha\sigma\tau\omicron\upsilon$
 $\beta\alpha\kappa\tau\eta\iota\alpha\upsilon\ \iota\omega\ \epsilon\iota\chi\epsilon\ \rho\acute{\iota}\phi\alpha\lambda\epsilon\varsigma.$ lib. de
 Vit. Mos. Ex Ebena $\epsilon\beta\epsilon\lambda\lambda\iota\upsilon\lambda\omega$ Cal-
 listhenes tribuit. $\chi\alpha\iota\ \epsilon\sigma\omicron\lambda\epsilon\delta\varsigma,$ (de
 Plammericho Aegyptio loquitur)
 $\epsilon\alpha\upsilon\tau\omicron\upsilon\ \epsilon\sigma\omicron\lambda\omega\ \tau\omega\ \alpha\theta\omicron\eta\tau\omicron\upsilon\ \kappa\alpha\tau\epsilon\chi\omicron\upsilon\ \epsilon\upsilon\ \tau\eta$
 $\chi\epsilon\iota\ \alpha\iota\tau\eta\ \rho\acute{\alpha}\beta\delta\omicron\upsilon\ \epsilon\beta\epsilon\lambda\lambda\iota\upsilon\lambda\omega.$ de Stola
 Calasiride diximus ad Heliodor. sed
 Aesopus $\epsilon\beta\epsilon\lambda\lambda\iota\upsilon\lambda\omega$ mutat in *Tamari-*
sci virgam. Est autem hic Aesopus,
 Interpres Callisthenis antea lau-
 dati, qui & versionem suam Con-
 stantio, Constantini Magni filio
 dicauit, quam ex Codice doctissi-

mi Salmasij, olim descripsimus.
 Gorionides inde, vt puto, falsus
 est, cùm enim Græcè nesciret *Ta-*
mariscum תמר, id est, *palmas*, malè
 interpretatur ויקח בידו כפות תמרים
 In editione Veneto : Nam in
 Münsteriana hæc desunt. Myrteam
 Pythonissis Syris, quarum tamen
 ab Ægypto est origo, vt alibi do-
 cebimus Maymonides dedit tom.
 עומר. 6. עכ"ם. halac. יד חוקה. 1.
 ומקטור בקטורת ידועה ואוחו שרביט של
 הדם. *Steu & suffitum dedit, accepitq;*
virgam ex myrto. Vt ad Ægyptios
 redeam, igitur ornatus atque insi-
 gne Prophetarum Ægypti, virga
 fuit. Non omittam vulgarium
 Magices in Ægypto studium,
 quam in Adytis docebantur ex li-
 bris Isis & Osiridis Lucian. In
 αλεξι. ἀπεδήμησα ἵς Αἴγυπτον ὡς
 συγγήμιωσις Ἐρρηταῖς ἐπι σαρφίς,

καὶ γὰρ τὰ ἀδυτα κατελθὼν ἐξέμαθον
 τὰς βίβλους τὰς Ωρου, καὶ Ισιδος. Hac
 Adyta notabis subterranea in φι-
 λωψυ. ἔτυχεν ἡμῖν συμπλέων μεμφί-
 της αἰτῆρ τῆς ἱερᾶν γραμματέων θου-
 μάσιος τῆς Θφίας, καὶ πλὴν παιδείας πᾶσιν
 εἰδὼς πλὴν Αἰγύπτιον. ἐλέγετο ὅτι πεία
 καὶ εἰκοσι ἔτη ἐπὶ τοῖς ἀδύτοις ἑπόρευσε
 ὑψηλέναι. Primò docebantur à Ma-
 gistris, nihil notius: vltimò ab ipsis
 Numinibus, quorum προσεγγίσις
 distinguebant in αἰαθ' ἀσφς, καὶ κ' ἑτα-
 β' ἀσφς, vt alibi explicabimus. Idem
 Lucian. μαγὰρ ἦν παιδδύομιος ὑπὸ
 τῆς Ισιδος. Apulei. lib. ii. cum Αἰγύ-
 πτιον παιδεῖδον didicit. *Accessi consi-*
nium moris, & calcato Proserpine
limine per omnia vectus elementa re-
meani, nocte media vidi solem candi-
do coruscantem lumine, deos inferos,
& Deos superos accessi coram & ado-
rari de proximo. Viderat autem

Apul. postquam certis τελεταῖς nubem quæ immortalium aspectum prohibebat, oculis suis abstulisset. Virgil 2. Æneid. Hoc à penitissima istius gentis Theologia habet. Æneas ad mortem ruebat. Nescius Deos ipsos Troiam delere, mater Venus filio illos ostendit, vtque ostendat sic alloquitur.

*Aspice, namque omnem quæ nunc
obducta iuenti*

*Mortales hebetat visus tibi, & hu-
mida circum*

Caligat, nubem eripiam.

Tum subitò

*Apparet Diua facies, inimicæque
Troia*

Numina magna Deum.

Inde ἀπόρρητα siue ἀόρατα siue ἱερὰς βολὰς, & alia quæ ferebant, colligebant, & cauebant, vt τὰς τῶν θεῶν φύσιν ὁψείας elicere, elicitas viderent,

Vt loquitur Plutarch. *ἄρ. ποταμ.*
 Quantum ad Magorum certamen
 attinet *πολυαδὴς* erat ἡ *μαγική* apud
 Ægyptios, intelligebant ex ope-
 randi ritu, cui rem facerent, multo
 magis ἐκ τῆς *θεοπίας*, & si essent in-
 ter illos inimicitia, immane stu-
 dium fuit hostilem Genium de-
 prendere; deinde aut conciliare,
 aut terrere potentioribus, soli in-
 superabiles quibus numen pro
 Genio, vt de Plotino proditum,
 contra quem Olympius ideò nihil
 potuit, Porphyr. in vit. Plot. κλη-
 θέντα δ' εἰς αὐτοψίδου τὸν δαίμονα, θεὸν
 ἐλθόν καὶ μὴ τῷ δαίμονι εἶναι γινώσκοντες ὅτι
 τὸν Αἰγύπτιον εἶπεν, μακάριος εἶ θεὸν
 ἔχων τὸν δαίμονα, ὅσῳ ἔσ' ὑφ' ἡμῶν γινώσκεις.
 Posteriorib. sæculis exemplū Ma-
 gici certaminis exstat apud Olaus
 Magnum, in histor. Gerberti Ma-
 gi, quem in spelunca etiamnum
 videri mentiuntur.

CAP. IX.

*Libri Ægyptij sacri, triplex
litterarum apud Ægyptios
differentia, Sacerdotes libro-
rum custodes, Reges Ægypti
Magi & Persarum, Elicia
numina.*

PHARAO postquam supera-
tos Magos obmutuisse vidit,
sacros Ægyptiarum disciplinarum
libros adferri iubet, vt in eis No-
men illius Dei inueniret, cuius vir-
tute tot prodigia Moses edebat.
Nam ex gentis doctrina, quidquid
mirabile fit, id alicuius Numinis
inuocati proprio nomine quod
exaudit fieri persuasum habebant.

Inde

Inde hæc nomina & cautè custo-
 dita, & in Adytis seruata, ne quis-
 quam illa furtim sciret : Arnob. lib.
 i. *Ægyptiorum ex adytis Angelorum*
potentium nomina & remotas furatus
est disciplinas. Eorum custodes erant
 Sacerdotes. Apul. lib. ii. *De operis*
Adyti profert quosdam libros litteris
ignorabilibus prenotatos Existimabāt
 Deum, cuius proprium nomen
 sciuisent inuocari posse, & ab il-
 lius cui fauebat, vel hominis vel
 gentis partibus, ad inuocantium
 auxilium transitum facere. Hæc
 est causa : Cur Iudaïci Numinis
 nomen Pharaon tam diligēter quæ-
 siuit in libris suis, in quibus & eli-
 ciendi rationem didicisset, si nihil
 discerent post certos ritus alicui
 Deo gentem illam tradebant, vt
 is postea euocaretur. Estat de illo
 more illustris locus apud Selemo

Panielidem lib. qui inscribitur
 'עני סמור *Lumen oculorum*, ait Græ-
 cos tentasse hoc aduersus Iudæos,
 quos à summi Dei tutela tollere
 suis artibus voluerunt, eosque al-
 teri tradere, vt eos sic interneccione
 delerent. והצדיקי' שהם בישראל ברור
 ההוא ראו כי חשבו היונו עליהם רעה
 להסיר אותם מתחת יד השם לתת אותם ביד
 אחרים. *Fusti qui eotempore in-
 ter Israëlitas erant, deprahenderunt
 pessimum Græcorum consilium, qui eos
 de potestate summi Dei satagebant
 tollere, & alicui planetæ subycere.* Sed
 alibi plura, nunc redeamus ad li-
 bros Ægyptios, quos triplici lit-
 terarum differentia scriptos Epi-
 stolicis, hyeroglyphicis & symbo-
 licis disces ex Porphyrio in vita
 Pythagoræ, Clemente Alexandri-
 no & aliis. Hæc omnia, etiam ma-
 giam Rex edoctus erat: lib. 5. *ερωμα*

ὅταν καὶ οἱ Αἰγύπτιοι οὐ τοῖς ἑπιτυχούσι
 τὰ τῶν σφίσι ἀεὶ ἐγένοντο μυστήρια, οὐ
 δὲ μὴν βεβήλοις πλὴν τῶν γένων εἶδον
 ἐξέφερον, ἀλλ' ἢ μόνοι γένους μέλλουσιν
 ὅτι πλὴν βασιλείᾳ περιέειναι. Quod
 Institutum Persarum Reges ab
 Aegyptiis acceptum, postea imitati
 sunt, nam Magiam didicisse oportuit.
 Pharaonem inde Magum fuisse, quia
 Rex erat, rectè hoc sæculo cōcludes.
 Ita Ionathan Chaldaeus הי נפיק למנטו קוסמו יולוי מוהי
 אמושאה *Exiit ad videndum incantationes
 super aquas sicut Magus.* Doctus
 interpres nuper Hanoniae editus פרעה שהיה בימי משה אמנושא היה
*Pharao qui in diebus Mosis regnabat,
 Magus fuit.* Nicephrem vocat Artabanus
 in scripto quod de Iudæis edidit si
 Clementi fides, additque sollicitè à
 Mose, Dei, qui cum miserat, nomen
 quæsiuisse, quod

in aurem Moses dixit, illum autem diuini nominis pronuntiatione exanimem cecidisse, ac deinde vitam recuperasse. καὶ πλαγίῳ τὰς γεγονότι κελύσαι τὰς Μαῦσῃ τὸ τῷ πέμ-
 φαντος εἰπεῖν ὄνομα θεοῦ, καὶ τὸν μὲν
 παροκύνθηκα πρὸς τὸ οὐκ εἰπεῖν, ἀκύν-
 σαί τε ἢ τὸν βασιλέα ἀφῶνον πεσεῖν,
 ἀνακρατηθέντα δὲ ὑπὸ τῷ Μαῦσέως
 πάλιν ἀναβιάσαι. Igitur non ine-
 ptè Sacerdotum suorum libros
 quos intelligebat, adferri Pharaō
 iusserat. Tota autem, vt hoc obiter
 dicam, superstitiōsæ gentis Theo-
 logia, quadraginta duobus Her-
 metis libris comprehensa erat,
 quorum duos primos qui ὕμνοι
 τῶν θεῶν & ἐκλογιστὸν βασιλικῆς βίβλ.
 continebant ὡδὸς primò discibat.
 Sequentes quatuor omnes Astro-
 logicos ὡροσκοπὸς memoriae man-
 dabat. Decem alios ἱερογραμματῶν

qui Cosmographiam, tractatus de Sole & Luna, ac planetis, de Ægypto, de templis & locis sacris complectebantur. Secundam librorum Decadem *σοφιστικῆς* studendam habebat ea *παιδαγωγικῆ καὶ μοσχολογικῆ* describentibus. Iterum alios decem Propheta suscipiebat, illi *ἑβραϊκῆ καὶ ἀραβικῆ* docebant. Ultimi Pastophori sex reliquos *ἰατρικῆ* dictos absoluebāt. Hic studiorum Ægyptiorū ordo fuit. Quòd verò eorum libros vocat *ספרי טעות* *libros erroris*. Idem Maymonides in Epistola contra Astrologos. *ונחבמי פרט חבינו שכל אותם החכמות שעשו חכשד' והכלרא' והכנענין והמצר' וה' .* pro פרט voce Nihili hoc loco legi פרס id est, *Persarum sapientes intellexerunt, quod omnes artes à Chaldeis Chananeis & Ægyptijs tradita, false sunt.*

CAP. X.

*Nili cultus, πηχὸς Nili, pueri,
 τοῦ locus Ori explicatus, de-
 mon Nili lunaris, cur?*

IRATVS Pharao Mofi respon-
 det: Omnes istæ terræ non pote-
 runt facere sicut ego feci אָנִי לִי יִאֲוִרִי
 וְאֲנִי עָשִׂיתִינִי ad verbum. Ego mihi
 fluuius meus ego feci me ipsum. Ita
 Capaneus de dextra sua apud
 Stat.

*Dextra mihi Deus & telum quod
 missile libro.*

Itaque, ego mihi fluuius meus, est,
 ego mihi Deus meus θεοπλασοῦσι
 ὅτι τὸν Νεῖλον οἱ Αἰγυπτῆται καὶ κρεττοῦσι
 τὸν μέγιστον ἄγασιν Heliod. lib. 9. Oly-

ris illis accepta à Iudæis appella-
 tione, & in linguæ suæ terminatio-
 nem detorta הוּא שִׁיחורוֹ הַיָּם, Σιεις
 ὡς Αἰθιοπῶν καλεῖσθαι Dionys.
 ὡς Ἑβραίων. ea significatione qua Melas
 Græcis μέλας Tze. ad Lycoph. &
 Melo Latinis, vt Aufonio *Melo-*
nis alba pagina. Cæterum pergen-
 tem ad Nilum, Pharaonem Moses
 aggressus est. לך אל פרעה בכקר הנה. I ad Pharaonem mane
 ecce egredietur ab fluuium. Erat au-
 tem ex Regum & gentis ritu. Aben
 Esra. מנהג מלך מצרי' ער היום לצאת
 בתמוז ואב כי אז יגדל היאור לראות כמה
 . Mos est regibus Ægypti
 egredi mensibus Tamas, & Ab, quia
 tunc crescit Nilus ad videndum quot
 gradus ascendit tō quot gradus co-
 gnoscebant, vt etiam hodie in pu-
 teo דאר אלמקיאס. Atrium mensuræ
 nunc vocant, in quo per cubitos

incrementa Nili signantur Geo-
 graphus Arabs part. 3. Clim. 3. ופי
 וסו וטפלקיה עמוד רחאס קאום ופיה רשום
 &c. ונצנצו ודער דאך id est, ex in-
 terpretatione Præceptoris quon-
 dam mei Gabrielis Sionitæ, viri
 suprâ laudes. *In medio Cisterne ex-
 stat columna marmorea erecta, cubito-
 rum, digitorumque interiectorum nu-
 mero signata.* Nemo non Viantium
 in Itinerario suo descripsit. Inde
 πήγης pueri qui Nilum circum-
 stabant in Ægyptiis picturis. Phi-
 lostrat. in Nilo: ὅτι τὸν Νεῖλον οἱ
 πήγης ἀθύρουσι παῖδια ζύμμετα τῶ
 ὀνόματι καὶ ὁ Νεῖλος ἀπὸ τῶν ἑπιγνά-
 νυται, ἔστι τε ἄλλα καὶ ὅτι κηρύττουσιν ἀπὸν
 Αἰγυπτίοις, &c. hos pueros, רוחי ונוני
 נאנים τῶ Νεῖλος dixere. πν enim נון
 est νέος, quia autem ἀβάσων eius de-
 signabant. Inde נון etiam & pro
 ipso Nilo καὶ ἀπὸ τῆς ἀβάσωνος su-

mitur. Horapollon Νείλου ἢ ἀνάβασιν
 σημαίνοντες ὄν (lego ἢν, nam primò
 ἀνάβασιν sic dixere. Deinde Nilum
 ipsum) καλοῦσιν Αἰγύπτιοι, ΝΟΥΜ,
 ἑρμηνεύεται ἢ σημαίνει νέον. Inde lux
 Hesychij difficili loco νῆς ψυχῆ, πο-
 τὰ μὲν, μόνας νῆς significat ψυχῆ vul-
 γο, παμὸν φαπὲ, id est, Nilum,
 qui νῆς dicebatur, id est, νέος pro-
 pter τοὺς πηγὰς, significat, & μονά-
 δα ἐν θεολογικαῖς τῆς ἑξομνητικῆς,
 id est, Deum quem μόνας indicare
 solet πύρα γὰρ ἐκ τῆς πύρα διδάμει
 ὡς εὐχρίστου μονάδος ἀκακώταται.
 Addo & ἐν τῇ ἀνάβασί. Aegyptiaci
 anni principium Auspicatos vnde
 maiori gaudio incrementa eius vi-
 suri pergerent. Theophilus Astro-
 logus MS. necdum editus πρὸ τῆ
 ἐνιαυτῆ ἀρχῆ οἱ παλαῖοι τῷ Αἰ-
 γύπτῳ, καὶ σοφώτατοι ἀστεροσκοποὶ ἐκ
 τῆς τῆ κωνὸς ἀνάβασίς ἀεισὲν εἶ. Ra-

neam æquinoctialem 16. gradibus. Inde
 licet emendabis Aben Esra ad cap.
 2. Genes. ויאר מצרים יוצא מהר לבונה.
*Nilus Ægyptii egreditur ex monte
 thuris* hoc לבונה significat, error
 est, corriges לבנה id est, *Luna.* Ita-
 que cùm Aquæ penuria preme-
 rentur Ægyptij, ad Æthiopiæ Re-
 gem mittebant. Exemplum habes
 in Georgio Elmacin in 49. Cali-
 pha. De Mustanziro qui Michaë-
 lem Alexandrinum Patriarcham
 eam ob causam Æthiopiam ire
 iussit. Describemus locum He-
 braïcis litteris. פי אימרה נקצ אלניל
 כתירא וירסלו אלמסתנצר אלי בלאר אחבשה
 ואמר אן ופתח אלסר אלדו וגרו מנה אלמא
 אלי אלדו יאר לאנר קרום אלכטרק וואר
 אלניל פי לילת וואחדת תלאתה אדרע ותכמל
 אלניל id est, *In diebus eius decreuit
 Nilus multum; misitque eum Mu-
 stanfir, idè in Æthiopiam. Itaque*

inde diuerticulum recludi iussit, propter Patriarcham, ut aqua ad Ægyptios deflueret. Et accrenit Nilus una nocte ad tria brachia.

CAP. XI.

De Baptismo Iudæorum, Confessione, Balneo mulierum, Plaga Ranarum seu Crocodilorum, locus Abrahami Panielide ex Vetustissimis Chaldæorum Theologis.

TH'N δεκάπληρον, ut loquitur Clemens Romanus, recenset auctor noster. Incipere autem voluit Deus ab aqua, quia ὕδωρ Ἀγγέλῳι Διαφθερόντως ἐκτεμνήσῳι, ait Philo, sed aliam rationem hic adducit, quia mulieres Iudæas à baptismo impediébant

Ægyptij. Sed quem baptismum intelligit? Scimus Iudæum his tribus fieri במילה ובקרבן *Circumcisione, baptismo, & oblatione.* De illo Baptismo multa nos scripsimus in libro de ritibus Iudaicis Noui Testamenti. Sed de illo profus hoc nō intellexit, cure enim potius mulieres prohibuissent quàm viros, sed nec ad *α. Ἰμμερῶς βαπτισμῶς* referre potes, quos longo postea temporum spatio Pharisaicae traditiones vsurparunt. Ultimò nec placet interpretari de illo baptismo, seu totius corporis immersione quam in ירדו seu confessione sua tenentur omnes Iudæi facere, exemplo Angelorum in fluuio Dinor, vt videbis in Reschië Chocina Cap. 4. in שער תשובה. de Capit. Pœnitent. Potius intelligo de balneis mulierum, quæ

post septimanas septem à puerpe-
rio tenentur sibi curare in fluuiis
vel cisternis ad hoc factis, sed
adeò profundis, vt aqua ad earum
collum pertingat: totum ritum
inuenies Synagog. Iudaic. Cap. 2.
Cùm autem in Ægyptiis nulli
fontes aut aqua præter Nilum
esset, facile fuit mulieres Iu-
dæas ab hoc balneo prohibere.
Fuit & aliud miraculum, nam si
omnes aquæ Ægypti in sangui-
nem mutatæ sunt, ita ut bibere non
possent Ægyptij, quomodo &
etiam Magi eas iterum mutarunt,
cùm nullæ superessent aquæ ad
eas mutandas. Respondent aquas
terræ Gosen in qua degebant Iu-
dæi non fuisse mutatas. Ita Iona-
than Chaldæus ועברו היכרין אסטוניני
מצרי' בלחשיהון והפיכו מן מים דנשן
לארסא *Fecerunt idem Magi & in-*

*cantationibus suis aquas terræ Gosen
 in sanguinem mutarunt. Scholiastes
 qui מלוח זרות interpretatur. אלה
 המים שהיו בגשן לא היו דם ועשו בלטיהם
 דם. Aqua Gosen non versa sunt in
 sanguinem, illas autem Magi verte-
 runt. Alij scribunt aquas quæ sub
 terra sunt non mutatas, quarum
 exiguum quid in vase, Regis in
 oculis Magi mutauerint. Ita Aben
 Esra. Alia traditio. Aquas quæ su-
 mentibus Aegyptiis sanguineæ
 erant, in Iudæorum manibus ad
 pristinum statum rediisse. כי המי היו
 ביד המצרי' אדומי' ונתלכנו ביד הישראלי'
*Aquæ erant in manibus Aegyptiorum
 rubæ, sed in manibus Israëlitarum
 albescebant. Multi Iudæorum tres
 primas plagas Aegyptiis Iudæif-
 que communes fuisse pertendunt,
 in quarta tantum vtrumque po-
 pulum Deum distinxisse putant.**

Secunda Ranarum plaga fuit, de qua etiam mira somniant quæ nos omittimus. Illud silentio præterire non possumus צפרדע quam vocem omnes Ranam interpretatur, & certè hoc Chaldaïs & Arabibus sonat, Aegyptiacè piscem significare אצא צפרדע Crocodilum, de quo piscium genere plures hanc plagam intellexerunt. Aben Esra ita credidit מן דג נמצא במצרי' וקרני בלשון ערב אלתמסח ויוצא מן הנהר וחושף בני ארד. *Sepharda est piscis Aegyptius qui Aletmsach Arabicè vocatur, egreditur ex Nilo, & homines vorat.* Verum est אלתמסח Arabibus esse Crocodilum. Epitomator Abugiafanis Tabarita in Abdulmelico filio Meruanis duodecimo Calipha, sed Ommiadarú quinto. והו אלו אלבחר ושרב מא פאחדה אלתמסח *è flumine aquam bibentem* (Nilo nam hoc

hoc

hoc in Agypto contigit) *temfach*,
 id est, Crocodilus arripuit. Quem
 locum ideò attuli, vt ostenderem
 periculi in ea regione frequen-
 tiam, cui Magi ~~solis~~ *solis* ~~magis~~ *magis* ima-
 ginibus obuiam ibant, quibus se
 tutabantur, erantque illæ & pro
 personis, & pro locis, quibus ta-
 men contemptis in hac secunda
 plaga Crocodili grassati sunt,
 quod non potuit, non maximo
 miraculo Magis esse, qui delusam
 scientiam suam obstupuerunt.
 Neque concoquere possum Aegy-
 ptios piscationibus Israëlem ve-
 xasse, quando stultæ gentis plerof-
 que hoc tempore pisces coluisse
 constat, oxyrinchitas, Elephan-
 tinæ incolas & alios notare licet
 in Clem. Alexand. *de geneal.* Tertia
 plaga pediculorum fuit. In textu
 Hebræo legitur ~~non~~ nullo sensu

lego ~~1080~~ *verrite*. De qua emendatione dubium non est. Querunt Iudæi cur Moses terram non percussit: sed Aaron Miraculo extricant se, quòd ridemus. Verùm cur hanc potius plagam mirati Magi quàm cæteras. *Digitum Dei esse* dixerunt. Chaldæi sex annorum millia mundi durationi stuebant, tunc demùm orbis Sabbathum erit, vnicuique millenario planetam rectorem tribuunt, cuius virtute secundùm eius ordinem & euocatae intelligentiæ potestatem multa *ἔννοια* fieri concedunt, ita tamen vt semper superior inferiori præstet in hoc, sicut in cœlesti mundo, quod in duobus primis plagis apparuit, in hac tertia demum falsum fuit. Vide Magorum stuporem. Salomo Panielides ex vetustissimis Chal-

doctorum Theologis descripsit in
 libro cui Titulum fecit מאור עינים
Sive lumen oculorum גובר בי לעולם
 העליון על התחתונים ועל זה תמהו חרטומי
 מצרים יאמרו אל פרעה אצבע אלהים הוא
 כי חכמתם בענין חכומי היא לעשות
 שיגברו החכמי העליונים על התחתונים
 והשם ה"כ שהוא מושב חכמים אהור ודעת
 שיגבר מאדים למשה כדי להקשות לב פרעה
 כשני המכות הראשונים להסכי לרעתם
 שיגבר מאדים שהוא מן העליונים לא הלבנת
 שהוא התחתונה והיא גוברת ביסוד המים
 יצוה להפוך את מימיהם להם והחכמה
 היה נודעת לחרטומי שנאמר ויעשו כן
 חרטומין בלטיהם וחשבו חכמה משה
 למכע בהיות הפעולה ההיא על דרך
 חכמתם להיות גוברי העליוני על התחתוני
 וגם בפעם שנית צוה גם כן נטרה את ירך
 היאורים על האנמי והער הצפרדעים גם
 זאת עשו חרטומים להעלות הצפרדע וגם
 זאת הפעולה היא באר מאת כת מאדים
 לפי חכמתם שהיא גיבר ביסוד המים ועל

כן היו מחזית' חכמתם ובמכנה השלושית
 צוה אזה בנה הפך חכמתם שנבר מאדים
 על שבתאי שהוא נוכד בסוד העפר והוא
 עליון על כלם יואו הודו לחכמת משרה
 ואמרו אצבע אלהים הוא ולמה הוסיפו
 לעשות עוד בחכמתם כשאר מכות ונשאר
 &c. id est, *Semper imperat
 superior Planeta inferiori, ideoque in
 plaga pediculorum admirantes Aegy-
 ptij, Magi dixerunt Pharaoni, vere
 digitus Dei hic est. Quoniam eorum
 sapientia qua in Astrologica cogniti-
 one versabatur hoc tantum poterat, ut
 superiores Planeta inferioribus pra-
 starent. At Deus scientiam eorum de-
 ridens, ad indurandum cor Pharaonis
 & in confirmationem malitiae eorum,
 iussit Mosi, ut Mars praestaret in dua-
 bus primis plagis Lunae, qua superior
 est, & quam aquis praesse omnes
 sciunt; ideoque mandavit aquas in san-
 guinem conuerti, quod sapientiae gentis.*

Magis cognitum erat, qui simile præstiterunt, ideóque natura Mosis scientiam imputarunt, cum idem ipsi efficerent, oporteatque inferiores superioribus subiacere. Idem in secunda Plaga dixit Deus, tolle manum tuam super flumina & paludes, & fac ascendere ranas, hoc quoque Magi fecerunt arte sua, Martus virtute qui ut superior aquis imperavit, iterúmque se in opinione sua confirmarunt. Verum in tertia plaga evertit Deus eorum sapientiam. Nam Mars inferior Saturno superiori terra Domino præcelluit, dixitque, percutite terram & erunt pediculi, ipsi hoc quoque voluerunt, sed non potuerunt; tunc confessi sunt sapientiam Mosis supra naturæ vires esse, atque dixerunt, Digtus Dei hic est, nec amplius artibus suis in alijs plagis quidquam simile efficere conati sunt. Est & alia Magi-

ca ratio ex futili eorum scientia.
 In adytis doctrinae suae cuiq; ani-
 mali *ιδεμορφον* numen concessum,
 cuius ope in hoc animalis genus
 nihil non poterant, inde *λεονομορ-*
φοι, *ορνιθομορφοι* Angeli in Magicis
αικιδητοις, Bothri, Teletis, Apollo-
 nij futilibus *καὶ ἑψηστοις* scriptis.
 Inde Magia *μουσων*, *οφειων*, *λεοντων*,
 murium, serpentum, leonum.
 In *βαβυλωνικοις* Iamblichi quae
 per haec similis formae *συζωμορφα*
 exercebatur. At de perfectis hoc
 animantibus intelliges, nam inse-
 ctorum, cuiusmodi pediculos esse
 certum est, nullum *ιδεμορφον* illis
 numen. Itaque quò se verterent,
 nesciebant, vt quid simile tenta-
 rent. Inde stultae gentis traditio ab
 illorum sapientibus sapius cita-
 ta, minus intellecta *שולש השן ששן*
על ברית פחותה מכשעוריה Demon

nihil potest in creaturam adeò exiguam & capillo minorem. Sed Ranas infectum pariter, illis obijcere proclive fuit.

CAP. XII.

ערוֹב, *homo ex terra*, χαῖος, *Origenis opinio*, *falsò illi attributa*, *Pastor abominatio Ægyptiorum*, *Bucoli*, *bucolia*, *Anastasijs Sinaitæ locus emendatus*.

ערוֹב Ἰηὺς παρ' Ἰωσῆφ καὶ πολὺ Ἑβραῖο
 Iosephus interpretatur כל מיני חיות
 .רעות Omne malarum bestiarum genus
 vulgus Iudæorum. Sed quod ait,
 הַמָּה תֵּרָא עוֹרְתוּמָא אֶדְמָרְתָא
 terra exortum ad firmandam gentis infaniam factum,

quibus tellure nata omnia animantia, etiam ipsum hominem persuasum erat. Cuius vitam docebant herbis ac graminibus persimilem, quæ ut arescentes extinguuntur non reditura, sic homini etiam contingere. Duravit hæc opinio, & pluribus in Ægypto sæculis obtinuit: nam & hoc Origenem ipsum censuisse scribunt Historici Arabes, quibus vel ideò fides adhibenda non est, quia cum $\omega\epsilon\sigma\upsilon\pi\alpha\rho\zeta\iota\upsilon\ \psi\upsilon\chi\omega\iota\upsilon$ tueretur eas cum corpore exstingui credere non potuit. Liber manuscriptus de veteribus hæreticis eorùmque dogmatibus, Concilij Arabici præfixus. וועמוא אן אלנאס מתל נכאח. אלארץ פאנר חסן מנא דאס אחער ותי פאר א בים פלא מעאר לה ולארגעה וחגרוא. Hebraicè de- scripsimus affirmant *hominem gra-*

mini similem, cui bene sit dum viuet,
 viuítque. Cúm verò exaruit, non
 amplius redibit, sic resurrectionem ac
 mortuorum uitam negant. Ægyptius
 scriptor gentis suæ stultam sen-
 tentiam Origeni falsò tribuit quæ
 ex illa de Nili limo opinione ini-
 tium habuit, cuius & meminit
 Diodor. Sicul. Imò & Homerus
 secundùm eos qui Ægyptium pu-
 tant:

οἱ κτλ φούλων ἡμεν τὸν δὲ καὶ ἀ-
 δράν.

Hanc autem ideò immiffam pla-
 gam putant, quia pecora sua Æ-
 gyptij Iudæis pascenda tradebant,
 ipsi enim non pascebant cum
 apud eos ἑπιμασχοῦσι: essent pasto-
 res, vel testimonio Mosis, Genes.
 46. כי תועבת מצרים כל רעה צאן. Quo-
 niam abominatio Ægyptij omnis pa-
 stor. Plebs Iudaica putat לבי שהו

. quia illa colebat. Non
falsò. Iuuenal.

— *lanatus animalibus abstinet omnis
Mensa, nefas illic fœrum iugulare
capella, &c.*

Alij ἐπιθυμῶντες εὐχρηστῶν seruasse vo-
lunt. Aben Esra in hunc locum.

לאות כי בימי' ההם לא היו המצריי' אוכלים
בשר ולא יעוב אדם שזבח צאן כאשר יעשו
היום אנשי הורו ומי שהנא רועה צאן
תועבת היא שהוא שותה החלב ואנשי הורו
לא יאכלו ולא ישתו כל אשר יצא מתי

*Hoc indicat Ae-
gyptios hoc tempore, neque carnem
esuisse, neque sacrificasse, qui mos
hodie inter Indos obtinet, apud quos
Pastor abominatio est, quoniam lac
bibit, illi autem nihil prorsus esunt
in hunc usque diem quod ex animali
viuente sit. Quod de Indis scribit
huius rei veritatem in Odoard.
Barbof. Osorio, & aliis Indicarum*

rerum scriptoribus nemo non vidit. Verùm vt alias omittam siue hominum nostrorum, siue ludæorum causas, certum est Ægyptios post *ιερείς, μαχιμοί, & τεχνίται*, quartum hominum genus (*ποιμένες & βέκοδοι* Græcis dicebantur, *ΥΣΚ* Indigenis) tolerasse, quos non modo vt aduenas odio habebant (Nam Æthiopus fuisse non dubitamus) sed etiam propter vitæ institutum quam atrociniis insumebant, omnes auersabantur. Horum sedes, mores, vitam descripsere Heliodor. lib. 1. *αιθιοπ.* & Achill. Tat. lib. 3. qui Æthiopus esse non ignorarunt (primi autem & antiquissimi *Φοίνικες* erant vt ex Manethonis Dynastiis apud Eusebium patet) *καὶ ὁ ναύτης Ἐἰπῶν ὁ βασιλεὺς, ὅτι ἔρεψεν πλὴν ναῶν εἰς ἐπὶ ναυπηγῶν εἰς τὸ ἔπιπαι, καὶ*

ἄμα πλήρης ἢ ἢ γῆ φοβερῶν, καὶ
 ἀγρίων ἀιδεῶπαν· μέγαλοι πλώτες
 μέγανες πλώ χροίαι, οὐκ ἔτι πλώ ἰν-
 δῶν τὴν ἀκράτον ἀλλ' οἷος γροίτε
 ΝΟΘΟΣ ΑΙΘΙΟΥ ψιλὸς τὰς
 κεφαλαίς, λεπτοὶ τοὶ πόδας, τὸ σῶμα
 παχίς. Illi ante Iosephum diu Æ-
 gypti palustria occupauerant,
 pessimóque & loco & fama apud
 eos erant, ac de his superior Mo-
 sis locus est intelligendus, vt ante
 nos doctissimus Scaliger obserua-
 uit. Hi sunt quos ἐδονόμοις Ana-
 stasius Sinaita vocat ἐὶ ὀδνηῶ.
 Ideò locum afferam, quia viris
 doctis corruptus videtur, qui
 asterisco vt mendosum notarunt
 Cap.8. ait Seueri hæresin in Ægu-
 pto inualuisse, καὶ μάχιστα ἐὶ τοὺς
 ἑσπινόμοις, καὶ διώρυξιν τῆ ἀμμου, καὶ
 κονιορτῆ τῆ ἐμπεπλησολύιον τῆ γε-
 λδνόμων, καὶ Αἰγυπτιακῶν χωρῶν. Le-

ἄλλοι δὲ ἐλονόμων vocat ἐλονόμοις
 Pastores siue τοὶ βεβαύλας qui in
 Ægypti palustribus habitabant.
 Ex illorum numero fuit Moses
 Aethiops, cuius vitam descripsit
 Pallad. ἐν τῷ λαυσιακῷ. Quæ de
 plaga tenebrarum nugantur eos
 qui malè ac impiè vixerant, ex
 Israëlitis interea periisse, nec sur-
 gere potuisse Ægyptios vt eo-
 rum funera viderent, omittimus
 aliâque huius generis.



CAP. XIII.

Mamzer triplex, Pharao liberatus, ydhoni, Cabalistica propositio de Mosis sepulchro, Pythones בעלי אוב, Melchi, Muhammed Haniphæ filius. Angeli excidij.

MAMZER est כּא מכל עריות ומבעילת איסור רל מחייבי כריתות ומכעילת איסור רל מחייבי מיתות. *Nothus qui ex prohibito coitu generatur præcipuè ex incestu, qui capite puniuntur.* Iurisperiti ludæorum tres species constituunt ממור ווראי *de quo non est dubium.* 1. ממור ספק *de quo est dubium.* 2. ממור מדברי סופרי *qui docto-*

rum iudicio talis reputatur. 3. Mose
 Kotzi in lib. מצות. *Præceptorum.*
 Affirmat 117. omnium exempla
 adducit. Iosephum bouem di-
 ctum pridem est cum viri docti
 notarunt. In hac historia pro כף
 Caph quæ vox significat volam צף
 Tzaf, id est, enatauit lego. Quod
 ait Pharaonem Iudæos insequu-
 tum, hoc quidem certum est, sed
 illos euasisse traditio tantum vi-
 detur Rabinica, ipsi etiam Mosis
 historiae aliquo modo contraria,
 cuius hæc verba sunt וישבו המים
 ויכסו את הרכבוארתי הפרשים לכל חיר
 פרעה הבאים אחריהם ולא נשאר בהם עד
 אחר. *Et reuersæ sunt aqua, & ope-*
ruerunt currum, & equites totius
militiæ Pharaonis, & non superfuit
in eis usque ad unum. Quæ ideo
 multi dicta putant ad ostenden-
 dum בי פרעה היה טובע Pharaonem

germen bonum malo & vicissim ma-
lum bono. Nam apud illos nemo
vincitur, nisi ab eo umbra eius
discedat, id est, *Angelus* & ἄγγελος.
Nec ille discedit, nisi מלאך החבלה
Angelo excidij succedente. Non
humiliatur militia terrestris in terra,
nisi prius humilietur militia cælestis
in cælo. Vulgò tamen Pharaonem
ereptum prædicant. Sepher Haia-
fchar ויטבעו כלם במי' ולא נותר מהם
איש זולתי פרעה מלך מצרי' אשר נתן
תנה לוי ויאמן בו על כן לא המיתו יי בעת
בערת החי' עם המצרי' ויצו יי מלאך
ויוציאו מבין המצרי' וישליכוו ארצה
Et submersi
sunt omnes nec superstes fuit usque
ad unum præter Pharaonem Ægy-
pti Regem, qui Deo confessus euasit,
Angeli opera quem misit Deus, &
qui eum periculo eripuit ac terræ red-
ditum in ciuitate Ninive collocauit,

in qua diu regnavit. In hoc miraculo scissum in duodecim vias pro numero tribuum mare, omnes Iudæi constanter affirmant, eos verò omnes quibuscum Moses pugnavit Magos fuisse, imò & magicis tantum artibus pugnasse scribunt Iudeorum scriptores, quod de aliis Septentrionis populis Saxo Grammaticus & Olaus Magnus prodiderunt. De בעלי אוב diximus ad Iamblichi *Βαβυλωνικῆ*. Eorum duo genera statuit Mose Korzi præcept. Negat. 38. בעל אוב זה פיתוס ועולה המרת ויושב בין פרקי המכשף או בין שוחיו ומחבר בקול כמוק מאד כאילו יוצא מתחת הארץ ועוד יש מעשה אחר של אוב הנשאל בגלגולת של סת ומדבררת בלש על ידי לחשים שלו.

In Pythonissæ Magia. Ascendit mortuus & sedit inter articulos aut axillas malefici, & loquitur voce valde

tenui, ac si de sub terra venires.
 Vtrumque ἰδεσμευτείας est: ita-
 que qui Pythonissas ἐγερσιμους;
 siue δεικείας Græcorum interpre-
 tantur falsi sunt. Sed ad Helio-
 dorum olim plenius. ידעוני *Idho-*
nim. qui fuerint docent Iuriskon-
 sulti Hebræorum שהיה חיה ששמה
 ידוע וכמין הכל גדול יוצא משרש שבארץ
 ששם גדלה אותה חיה כעין כישואין אלא
 שהידוע צורתו כצורת אדם בכל דבר בצורת
 פניו וידיים ורגליו ושאר אבריו ומטיבורו
 מחובר לחבל היוצא מן השורש ואין כל
 בריא רשאה לקרב כמלא החבל שטורפת
 והורגת את הכל וכמלא החבל רועה כל
 סביבותיו וכשבאי לצוד אותה מורי בהוציא
 ברחוק אל החבל עד שהוא נפסק והיא
 מתה *Idhua fera nomen est que*
funis ad instar è radice nascitur,
cresciturque ad cucurbitæ molem, &
hominis formam si vultum, pedes, ma-
nusve spectes, ceterum umbilicus fixæ

radici adheret, neque cuiusquam occurrum sustinet quin citò interficiat, verum & circum gramina depascitur, cumque illam venari animus est, emissa sagitta funem hunc præcidere, oportet quo facto statim perit. Hoc ζώφουλον siue Scythicum, Borramets, Samarcandæ alibique reperiri historia naturalis Scriptores docent, citra illas nugas, tamen Maymonides Cap. 6. de Idolatria, auem esse voluit. עזם עוף ששמה ידוע בפיו ומקטיר ועושרה מעשי אחרים עד שיפול כנכפרה וידבר בפיו דברי שעתידו להיות. *Os auis cui nomen est Iedua in os ponit, deinde suffitu rebúsque alijs procuratis cadit sicut Epilepticus, loquiturque futura.* Mox αἰδάλων Mosis describit. Plurimis veterum Theologorum placuit hominis animum eo vsque purgari, vt ille cuius sic purgatus est, possit non

mori. Quam doctrinam pluribus explicabimus in libris de Arcana Chaldæorum Theologia. A Iudæis ad Arabas hæc sententia transitum fecit. De Muhammed Haniphæ filio palam res est, describam Hebraïcis litteris. ופי שנה אחדי ותמנין תופי מהמר בן אלחניפה עשׂי ואלכשביר מן אלשיעת יעתקדון אנה חי כנבל רצוי ואנה לאבר אן יטהר וימלי אלארץ ערלא כמה מלית גורא וכאן עלי הדא. Anno 18. (Hegiræ scilicet qui incidit in Annum Christi 700. Nam fuga Mahammedis contigit Christi 622. die 16. Iulij) *Obijt Muhammed Haniphæ filius felicitis memoria, quamuis nonnulli credant eum in monte Radua viuere & certò appariturum aliquando, ac terram iustitia repleturum haud aliter ac iniquitate repleta est. Atque huius sectæ fuit, D. Hamiræus.* Ita de Mose

non modo viuere multi & scripserunt & crediderunt, sed etiam eius assumpti nomen *μελχι*, scilicet, prodiderunt. Clemens Alexand. *ερωμ. α. εκκληστο ὁ ἰωακείμ ἔσχεν ὁ καὶ πέποι ἕνομα ἐν ἕσθῳ μὲν πῶ ἀϊάληφιν, ὡς φασιν οἱ μύσαι, μελχι.* Eius sepulchrum de quo alibi plena manu diximus, reuocat in mentem Cabalisticam Pici propositionem, quam ideò, adferemus, quia Mosaicæ eruditionis dignitatem proponit ex eorum sententia. *Ideò Mosis sepulchrum nemo nouit quia exaltatus est, in Iobeleo superiore, & super Jobeleum misit radices suas.* Id est ad verbum, ideò Nemo Mosis scientiam attigit, quia ad quadagesimam nonam portam intelligentiæ peruenit, hoc est in Iobeleo superiore exaltari, eamque sci-

uit, hoc est, *supra eam radices mit-
tere.* Quinquagesima soli Messia
seruata est, qui eam in sui ipsius
cognitione assequetur.

GILBERTI

GAVLIMINI § iiii

MOLINENSIS

LIBER PRIMVS



CAPITULUM PRIMUM

Messa celebrata, a sancto ad
calos diuini nominis ope, ha-
cuius Magister contra paganos
et hereticos et apostatice
etiam, Paulus Stephanus.



GILBERTI
GAVLMINI
 MOLINENSIS,
 LIBER SECVNDVS
 NOTARVM.

CAPVT PRIMVM.

*Mosis αἰάλησις, ascendere ad
 caelos diuini nominis ope, sta-
 tua Magica contra fugitiuos
 veterum Aegyptiorum, Tur-
 carum, Baal Zephon.*

DE Moſis aſſumptione
 diximus, tredecim Iu-
 dæi aſcendiſſe memo-
 rant, de quibus in li-
 bris Chaldaicæ Theologiæ. Idq̄
 diuini nominis ope ac pronuntia-
 tione. Liber הרוגי מלכות id eſt, *de*
Martyribus Bether. Nondum
 quod ſciam editus. Luſianus Cæ-
 ſar ſapientes ad mortem damna-
 uerat, Rabi Iſmaël cœlum aſcen-
 dit de illa an à Deo eſſet, ſen-
 tentia ſollicitus, אם תחלקו עוני מן
 השם אני מוכירו ועל-רה לרקיע ונדע
Si abſit modo culpa Dei nomen
pronuntiabo, & cœlos aſcendam ac
ſciam, &c. Statimque pronuntia-
 tione diuini illius nominis aſſum-
 ptus eſt. עמרת ישמעאל והוכיח את השם
 העלותו רוח סערה עד שעל-רה למרום כיון
 שעלה למרום פנע בו מטטרון. *Oravit*

R. Ismaël, noménque diuinum pronuntiauit ac statim in altum turbine euectus Metatron Angelo occurrit. Impostor à Iudæis acceptam vaniloquentiam sibi tribuit, sed Gabrieli & Alborach suo debere voluit in Alcoran. meminit, & liber Mofahaba Ruhania siue *Colloquium spirituale* Sinan & Achmed. במערתו ערוג חתי אל כרשי וערש אללה כמה הו קאל. *Per gradus ascendit usque ad Thronum ac solium Dei.* Ita de Abrahamo in Capitibus R. Eliezer והיו מלאכי השרה מקלסי ורוקדי לפנו ומכניסי אותו לנגי *Angeli honore affecerunt, & in paradisum terrestrem introduxerunt.* Apud Vzielidem Chaldaeum Isaac postquam Deo oblatus est aliquod tempus cum Angelis consumpsit, hinc in olimpica Nebulonum Magia primùm ac secun-

dum raptum scelesti distinguunt, hic impietatis disertissimus Apuleius dixit lib. 11. *Deos superos & inferos coram adorare*, id quibusdam *τελεταις* curabant, atque illis non modò se assequi iactabant, vt immortalium aspectu fruerentur, atque altiora cœlorum conscenderent, sed etiam vt illis similes fierent. Iamblichus ἐν *εὐαβυλων*, exemplum habet de illa matre quæ Magicis artibus fato defunctum filium *heroem* fecit. Serpius ad 6. *Æneid.* Hoc sciuit Magi spondent commendaritias habere se preces, quibus emollita nescio quæ potestates vias faciles prabeant ad cœlum. Ab illa & doctrina & mente Empedocles:

ἔσται ἀθάνατος, ἴσος ἀμβροτοῖς, ἔτι
 ἔτι θνητοῖς.

Sed hæc accuratius alibi. Quod

ait Iudæos Ægypto egredi non potuisse vsque dum Iosephi ossa secum adueherent, idem libello פורת מעשה יוסף בן פורת MS. & hactenus quòd sciam inedito legisse olim memini. אמרו המכשפ' ואשפ' לפרע' אדנינו רצונך שלא תצא האומה הזאת מכאן אלא עצמתו של יוסף לא יצאו ולא יעלו id est, *Dixerunt Magi Pharaoni, Domine, si Hebraeos Ægypto egredi non vis, numquam nisi sublati Iosephi ossibus illi egredientur.* Benè Magos memorat, nam Ægyptiacæ Magiæ genus fuit, quam ex eorum libris *קראו* *והוא* *מצר' עשו ברבר המזלות צורות נחשת והו בעל צפון שלי' יוכל עבר לברוח ממצרי' Magi Ægyptij Astrologica scientia fecerunt area simulachra ד' Baal Zephon quæ fugiens seruus transgredi non poterat. Inde tot*

in deserto moras impiè illis abscribunt, hunc tamen scelestæ doctrinæ vsum etiam hodiè apud Turcas vigere scimus. Bartholomæus Georgieuis. *Genere quodam incantationis vii solent Turcæ, quo inuitos retrahunt, nomen serui in schedula scriptum in tabernaculo, vel domicilio serui suspendunt, dirisque verbis & deuotionibus caput illius impetunt, vique dæmoniaca efficiunt ut fugiens putet sibi in itinere, vel leones vel dracones occurrere, vel mare aut flumina contra se exundare, vel omnia tenebris nigrescere, quibus terriculamentis repulsus seruus ad herum redit.*

CAP. II.

Mortuorum arcas auferendi ritus, Iosephi signata, Cabalistica propositio de eius ossibus, Deus legi vacat Thalmudicum delirium.

MOSEs Iosephi quidem ossa secum abstulit, insigni pietate ac Religione quod aurum ac diuitias præ illis spreuerit, neque tamen putandum est folius Iosephi abstulisse Iudæos; nam ex ritu & aliorum quoque abstulerunt. Liber Rectus. וימהר משה ויקם וילך אל נחל מצרי ויעל משם את ארון יוסף ויקח אותו עמו וגם כל בני ישראל העלו איש איש את ארון אבותיו

וַיִּסְרֹף אֶת-שְׂרָפוֹת שְׂכָרָם וְאֶת-שְׂכָרָם
Festinauit Moses
ad Nilum, Iosephique fereirum ab-
stulit, caeteri Israëlitæ patrum quoque
suorum unusquisque de Tribu sua san-
dapilas abduxerunt. Nec desit in
 Oriente hic mos cuius multis
 postea sæculis vestigia in earum
 gentium historiis agnoscimus.
 Anno 362. Hegiræ in Arabum
 monumentis exemplum habe-
 mus. בִּי שָׁנָה אֶתְחַתֵּן וְשִׁתֵּן וְתִלְתַּמְאִית
 כִּי־אֵין דְּתוּל אֶלְמַעַן אֵלֵי מַעַר יוֹם אֶלְגַּמְעַת
 וְתִמְאֵן מֵעַן מִן שָׁהַר רַמְעַתָּן וּמַעַר
 אֶלְגַּמְעַת תּוֹאבִית אֶבְיָה פִימַח זַעֵם
Anno 362.
ingressus est Muassus Ægyptum die
Veneris octavo Ramadani habens
apud se ut aiunt Sandapilas patrum
suorum. Inde ritus cineres in pa-
 triam deferendi, primo quidem
 ab Hercule inter Græcos si Dydi-
 mo fides ad Homer. Longè verò
 ante illum inter Iudæos, Ægy-

ptios & Chaldaeos. Quod de illa
 Iosephi arca scribit חתמוהו מכל מקום
undique obsignarunt. Primò propter
 aquas ne cadauer læderent, quia
 in medio Nilo sepultus erat, si cre-
 dere fas est. Jonathan Chaldaeus
 בסימו יתירה ועטרון יתיה ושון יתירה
 בגלוסקמה ושקעון יתירה בנו נילוס.
*Conditum aromatibus, coronatum ac
 feretro impositum Nili profundo de-
 merferunt*. Etiam חטמו vt in Chri-
 sti sepulchro Arabicus Interpres
 Neiußlaman siue quis alius חטמו
 obsignarunt lapidem. Quærent
 contentiosè Iudæi cur ossa Iose-
 phi scriptura sepulta memorat,
 non verò corpus, ab illorum
 mente ac doctrina Vir supra viros
 hanc conclusionem ponebat. *Ideo
 Ioseph ossibus tantum sepultus est &
 non corpore, quia eius ossa erant virtu-
 tes* ☩, *militiæ arboris superioris vocati,
 Tadicb*

Zadich influentis ad terram superio-
rem. Id est, affirmatiua 248. præce-
 pta Iosephus adimpleuit, (quot
 in corpore sunt ossa) & à trans-
 gressione Negatiuorum sibi cauit
 per virtutes proprias quas præce-
 ptum illis respondens perficit, qui
 sunt influxus ex Iesod loco Iose-
 phi qui in Malchut, quæ est terra
 superior, influit. Licet verò hîc
 agnoscas Thalmudicum delirium
 in his verbis quando de Mose lo-
 quitur וי מתעסק בו. *Deus illi vacat.*
 Eius studia excæcata natio sic
 mentitur. Interdiu inquiunt עסק
 בעשרין וארבעה ספרין דאורייתא ופתנמי
 נבואה וכתובי ובליליא הוא עסק בשיתא
 Interdiu studet viginti
 quatuor libris Biblicis & Prophetis,
 ac sacra Scriptura, noctu verò sex or-
 dinibus Thalmudicis operam nauat.

CAP. III.

De Precibus Sanctorum Mortuorum apud Iudeos, historia de Datan Cora & Abiron contra Mosen, rixa ac contentione ex libris Iudeorum.

VIR doctus in libro quem antè aliquot annos scripsit, post multa contra Romanæ Ecclesiæ ritus nimis perfractè asserit, Iudeos numquam mortuos orasse, nullumque nec in sacris scripturis, nec in aliis eorum libris eius rei exstare vestigium. Quid dicturum putas si hunc librum legisset. Iosephus diu ante Mosen obierat

at Moses ripæ fluminis insistens,
 sic illum alloquitur, ab eoque
 petit vt Deum pro Iudæis oret.
 בקש רחמי לפני בוראך ועלה מתהום
*Pete misericordiam coram Deo, & ab aquis
 ascende.* In historia Ioseph Ben
 Podat MS. necdum edita. Deus
 omnes perdere decreuerat. מה עשה
 משה עמד בתפלה באותה שעה לפני הקב"ה
 ואמר לפניו רבוני של עולם עשה למען
 צדיקי וחסידי' ולא נענה עד שאמר אם אין
 אתה עושה בשבי' צדיקי' חיים עשה בשביל
 המתי' בעבור אברהם ויזחק ויעקב ואף
 אברהם ויעקב עמדו בתפלה ער
 ישראל ושמע אותם הקב"ה ונטל הגזירה
*Quid fecit Moses, tunc orauit coram
 Deo, dixitque; Domine, hoc fac pro-
 pter iustos & Pios, sed responsum
 non accepit, igitur pergens in oratio-
 ne, Domine, ait, si propter iustos qui
 viuunt hoc facere renuis, at propter
 eos qui mortui sunt, hoc facito.* Pro-

pter Abrahamum, Isaac & Jacob.
 Tunc verò & Abraham Isaac &
 Jacob ipsimet orauerunt, audiuitque
 eos Dominus. Ecce Abrahamum,
 Isaacum & Iacobum tempore
 Mosis orantes, quid contra hunc
 locum pertendi potest, iugulat vel
 hic solus sententiam eorum qui
 apud Iudæos mortuorum pro vi-
 uis preces negant. Exstat in co-
 dem libro locus alius quem omi-
 sisse scelus fuerit. Ait ideò igno-
 ratum Mosis sepulchrum, quia in
 calamitatibus illud Iudæi adiuif-
 sent, cum oraturi pro Numinis
 pace quam sceleribus suis mereri
 non poterant ולגלות ארץ ישראל
 מארצם שמה יבואו ישראל לקברו של משה
 באותה שעה ויעמדו בבכייה ויתחננו למשה
 ויאמרו לו משה רבינו עמוד בעדנו ועומד
 משה ומבטל את הגזירה מפני שחביבין
 צדיקו במיתתם יותר מבחיייהם *Israëlitæ*

cum exulassent, conuenissent ad Mosi
sepulchrum, omnesque Mosem cum fle-
tu orassent ac dixissent, Mose prece-
ptor noster ora pro nobis, tunc Moses
orasset, Deumque placasset, quoniam
iustos Deus magis post mortem quam
in vita caros habet. Nec tam illustri
exemplo *ὁ ἄριστος* & pertinaci-
bus satisfactum volo. Quærunt
Iudæi cur in via sepeliuerit charis-
simam Rachelem Iacob, traditio
illorum antiquissima causam ape-
rit, quam Salomo Iarchi non ta-
cet. ואתקברה שם לעודה לבניו בשוגלה
אותם נכזר ארץ והיו עובדי דרך שם וצאת
רחל על קברה ובוכה ומבקשת עליהם רחמים
שנב קול ברמה. *Sepulta est eo in loco
Rachel quia cum filios eius Nebuzar-
dan in seruitutem abduxit, ac iuxta
transirent, egressa est sepulchro suo.
Et cum fletu Deum pro illis orauit:
sicut patet ex illo loco, audita est vox*

in Rama. Nec mirantur pro Iudeis
 orasse, qui & ipsi Iosepho mor-
 tuam oranti respondisse scribunt.
 Liber prætermisissorum à Mose, fu-
 tilis meo iudicio, sed magnæ apud
 recutitos auctoritatis. In eo Io-
 sephus matrem fato defunctam
 orat, sepulchro eius assidens ויגע
 יוסף עד קבר אמו וימהר וירץ יוסף אל קבר
 אמו ויפול על הקבר ויבכרה ויצעק יוסף על
 &c. קבר אמו ויאמר אמי אמי. *Iosephus*
ad matris sepulchrum accurrit, pronus-
que in illud acclamauit, Mater à
mater, &c. Mox sequitur eodem
 loco וישמע יוסף את קול מדבר אליו מתחת
 הארץ ויענהו בלב מר ובקול בכי ותחנה
 ·האלה· *Tunc audiuit Ioseph vo-*
cem sub terra matris loquentis &c. Sed
 illorum desinimus, quando ex eis
 quæ iam diximus virum singula-
 ris aliàs eruditionis nimis confi-
 denter loquutum constat. Quæ

fequuntur longè post פתח ארץ את *Aperuit terra os suum.* De Da-
 tan, Core & Abiron intelligenda
 sunt. Nemo non nouit ex Mofai-
 ca historia illorum & Rixam &
 Cafum, sed contentionis causas
 pauci ex gentis traditione tenent,
 meminimus nos olim eam fabu-
 lam in magno Galliarum Conci-
 lio laudasse, inter orandum pro
 Rhemensis Ecclesiæ Clero, contra
 urbis ordines. Illa rei adeò visa
 congruere, vt de eius fide tunc
 plerique dubitauerint, in eorum
 gratiam, & vt fidem meam libe-
 rem, adscribam Hebraicè ex libro
 מעשיות Venetiis edito ac Latinè
 interpretabor. תחלת מחלקת קרח במאי
הנא עם משה ועם אהרן בעבור אלמנר
שהיתה לה רחלה אחת בשבאה לבוון הצמר
שמה שמע אהרון ונטל הצמר אמר לך שלי
הוא מן התורה והכי כתיב ראשית

צאנך תתן לו הלכה אצל קרח צועקת ובוכה
 ואמרה לובך וכך עשה לי אהרן הלך קרח
 אצל אהרן ואמר מה לך ולא למנה זו הענייה
 השב לה את הצמר שלה אמר לו אהרן
 שלי הוא מן התורה דהכי כתיב ראשית גז
 צאנך תתן לו מה עשה קרח נטל ד' כסף ונתן
 לה והלכה לה וקרח הלך מלא חמה ויהי
 לימי' ילדה רחלה בן בכור שמע אהרן ונטל
 הבכור הלכה זאת האלמנה אצל קרח
 צועקת ובוכה ואמר קרח לאהרן מה לך
 ולענייה האלמנה הזאת אמר לו אהרן שלי
 הוא מן הורה שכן בתוב כל הבכור אשר
 יולד בבקרך ובצאנך הזכר תקדש לה והלך
 קרה לדרכו מלא חמה כיון שראתה זארה
 האלמנה כך הלכה ושחתה אותה שמע אהרן
 ובא ונטל הזרוע והלחיים והקברה אל קרח
 מה לך ולא למנה הזאת אל אהרן שלי הוא
 מן התורה שג' ונתן לבהן הזרוע ותלתי
 והקבה הלך קרח מלא חמה כיון שראתה
 האלמנה בן עמדה ונשבעה ואמרה בחרם
 בשר רחלה זו עלי שמע אהרן ונטל כל
 הבשר שג' כל חרם בישראל לך יהיה &c.

Inde irarum causæ. Latine sonant:
Initium contentionis vidua præbuit,
illa ouem unicam habebat, cuius la-
nam tondere cum voluit, illam Aaron
abstulit, sibi ex lege debitam in qua
scribitur. Primitias lanae pecoris tui
Deo dabis. Vidua fletu ac lamento
Corah implorat, qui Aaronem adiit,
sed irritò conatu, quando ex lege la-
nam sibi asseruit. Corah misertus
mulieris quatuor argenteos dedit, ple-
núsque irarum discessit. Post aliquod
tempus ea ipsamet ouis primum agnum
peperit, quod ubi rescivit Aaron,
mulierem adiit, agnumque secundo cæ-
pit, illa iterum Corah lachrymis ag-
greditur, qui Aaronem rursus obse-
crat, sed frustra, scriptum est enim,
inquebat Aaron, Omne masculum
primogenitum gregis ac pecoris tui, Do-
mino Deo tuo offeres. Sicque agnum
retinuit, ac Corah furentem dimisit:

mulier hoc conspiciata ouem mactat,
 Aaron tertio adest, & armum, ma-
 xillam, ac ventrem tulit, iterum Co-
 rah Aaronem quid ita faceret com-
 pellat, sed ille scriptum est, ait, Sacer-
 doti armum, maxillam ac ventrem
 dabis. Et cum dicto illa sibi habuit ni-
 hil Core iram moratus. Tunc vero
 irata vidua iuravit ac dixit, sit in
 Anathema ouis caro, hoc ut audiuit
 Aaron ipso momento totam ouem
 rapuit, quia scribitur, omne anathe-
 ma in Israël tuum erit, &c.



CAP. IV.

בית דין *Angelorum*, ipsi preces offerunt, orant pro nobis, porte caelorum, *AcraZiel* בת קול *filia vocis*, nomina Divina que *Mosi tradita*.

QVANDO *Mosi* mors reuelata est בשנגרז עליו בית דין *Decretum domus magnæ iudicij*. Non repetemus ea quæ plenissimè docuimus in libris de arcana veter. Chald. Theolog. Hoc ex gentis libris memineras decem Angelorum ordines esse, de quibus latè lib. 1. semit. fid. Meir Aldabi. Distributio verò est secundùm magis vniuersales, aut particula-

res species quas intelligunt, vel
 secundum ministeria quæ obeunt,
 vel loca quæ possident. Vnicui-
 que ordini est, בית דין *domus iudicij*,
 omnium ordinum est סנהדרין *syne-*
drium. Inde in eorum commenta-
 riis Angelorum *Domus, magni &*
parvi iudicij. Meminit liber dictus
 Principium sapientiæ breue ערך
 ליראהכי יש שבעה מלאכי דנקראו עיני יי
 ושוטטי והם מעידום על כל פגם המצטייר
 בהם והולכים ומעידיל לפני ע סנהדרין.
Timere oportet: sunt enim septem An-
geli qui OCULI DEI vocantur,
atque illi circumueunt, & testantur ante
 70. *Sauhedrin*. Ut verò sunt qui ac-
 cusant, ita & secundum eos qui
 preces nostras offerunt, & ipsi-
 met pro nobis orant. Vir doctus
 qui hoc ludæis creditum negauit,
 neque in eorum monumentis
 quidpiam simile reperiri affirmat,

turpiter fallitur. Liber dictus חבור מעשיות id est, *historiarum collectio*. Venetiis editus. De Rabi Reuben morituro. עלה לרקיע ומצא שם מכאל וגבריאל ומלאכי השרת עומדי ומבקשי &c. עליו רחמי' ואומרים *Cælos ascendit, ibique Michaëlem & Gabrielem, & Angelos ministerij pro eo orantes inuenit*. In libro נוח שלום siue *habaculo pacis* scripto à R. Abraham Schalom exstat oratio ad Michaëlem Angelum cuius initium est &c. רבא מכאל &c. Sed nos plura *Ἐξ ἀβραάμ θρησκείας* ut loquitur Diuus Paulus, dicemus in libro de ritibus Iudaicis Noui Testamenti. Quod cælorum portas & Acrazielem Angelum memorat, *μωυσῆ* Orientalium Theologia 8700. describit quibus singulis Angeli singuli, quorum ordines ac munera ex metal-

lo, quod conceditur, intelligebant
 Colloquium Achmed & Sinan.
 Describemus locū Hebraicis cha-
 racteribus. מן חלוק מן
 מן אלפך אלחאלף ולכואכב ינעלקון מן
 מן אלפך אלחאלף מן אלרהב
 מן אלפך אלחאלף ואלחאלף אלחאלף ואלחאלף
 מן אלרהב מן אלגוהר רן אלקימת ואלרהב מן
 מן אלחאלף מן אלחאלף מן אלחאלף
 &c. *Primum cælum ex argento pen-*
dentibus ab auris catenis, stellis. Sec-
cundum ex auro. Tertium ex gemmis.
Quartum ex smaragdo. Quintum ex
margaritis, &c. itaque intelliget An-
gelorum ordinem inter se, qui intelliget
metallorum in cælis. De cœlesti præ-
conio certa inter illos res est, dice-
 mus ad Theologiam Muhammed
 Abdalla, qui à Iudæis accepit,
 quorum traditio in Reschit choc-
 ma breui בשמעם מתעוררים
 קול הכרוז העליון לתרת כבוד ליוצרים

*Cælestes excitantur præconis cælestis
 vocem audiendo ad dandum gloriam
 creatori suo. Primus inter nos Gal-
 lus cælestem vocem accipit, utq;
 ille in cœlis Angelos, sic iste in
 terris homines de laudando Deo
 admonet. In illa quam describit
 rerum omnium perturbatione
 קול יצתה בח קול *Egressa est filia vocis. Ait
 auctor noster. Vetus est Iudæo-
 rum doctrina quam ὁ ἁγίουσπιρίτου
 Picus descripsit in propositioni-
 bus suis Sapientes post cessationem
 Prophetiæ per spiritum prophetasse
 per filiam vocis. Postulat hic locus
 ut breuiter de publicis charissimi
 Deo populi oraculis dicamus.
 Primò per Vrim & Thumim nu-
 minis voluntatem exploratam ha-
 buerunt, de illo alibi plena manu.
 Secundo loco filia vocis successit.
 בח קול שאינה כלאך אלא קול חלושה ויצא**

מפני עצמו כרוח המנשבר ולכך נקראת
 בת קול *Filia vocis Angelus non erat;*
sed debilis vox sicut spiritus flatus,
ideóque sic dicta Tanchuma. In se-
 cundo tamen templo eius tantum
 usum viguisse omnes scribunt,
 Iudæi iuxta & Christiani. Malè:
 nam in primò eius meminit liber
 מעשיות sub Salomone, historia,
 cuius titulus est, *Non gloriabitur*
sapiens in sapientia sua. יצתה בת קול
Egressa est filia vo-
cis ac dixit, &c. Sed & longè ante
 Salomonem in Iudicio Thamar,
 וברת קלה נפלת *Vzielides Chaldaus.*
 משמיה ואמרת דמן קדם יי הוזה פתנפני
 &c. *Filia vocis de cælo cecidit dixitq;*
à Deo, &c. Conciliabis si in secun-
 do templo petitam, in primo &
 ante primum oblatam, quod ta-
 men prorsus non placet. Vfurpata
 deinde hæc loquendi formula pro
 rationis

rationis vt Barbarè loquuntur in-
 terno dictamine & suggestione Ie-
 chie IMile in libro תפוחי זהב Aurea
 poma. Cap. שער יראה. *de timore*
 יום ויום בת קול יוצאת ואומרת התעוררו
Singulis diebus בני עולם העירו לבככם
egreditur filia vocis & ait, Excitami-
homines, &c. Tertio tandem loco
 post filiam vocis successit גורל id
 est, *sorts*, quæ vt vulgò putant non
 solo casu aut proiectis in urnam
 sortibus perficiebatur. Sed per co-
 gnita Dei nomina, coniunctas-
 que in rei positæ ac dubiæ respon-
 sum litteras. Eius sortis vsum, sed
 gratiæ ac spiritus Dei certos, se-
 quutos esse Apostolos in electio-
 ne Mathiæ ostendemus libro de
 ritibus Iudaicis Noui Testamenti.
 Vidimus de hoc oraculi genere
 integrum Manuscriptum librum
 quem ex Philippi Daguin præce-

ptoais olim mei κερμηλίοις descri-
psimus. Quòd ait Mosen ab An-
gelo Zingaele Nomen diuinum
שמ המפורש didicisse. Vetustissimi
Iudæorum tria Mosi tradita scri-
bunt nomina אהיה quod neminem
doceret יה quod Septuaginta se-
nibus reuelaret, אדני quod vniuer-
so populo diceret Menahem
Markanti ad Bresc. primum תו
כתר עליון respondere, secundum ת
חכמה putat. quod Angelum Mosi
præceptorem, Zingaelem laudat,
alij Metatron, nec soli concessere,
sed omnibus & Patriarchis & Pro-
phetis. אמרו בעלי הקבלה זל רכו של אדם
דוואל רכו של שם יופיאל רכו של אברהם
עדקואל רכו של יעקב רפאל רכו של יוסף
גברואל רכו של משה וגנונאל רכו של אליהו
מלתואל ויש אומרים כי רכו של משה
Cabalista scribunt Adami
præceptorem fuisse Rapiel, תִּשְׁכֵּם Schem

libris de Chaldæor. Theolog. de numero mundorum pariter. Thalmudici in iv̄ Deum super Cherubin equitantem decem & octo mille quos creavit mundos visitare fingunt, neque omisimus illustrem quam interpretati sumus Maximi Pici propositionem, *Dictum illud mirabile illius Barbari Nympharum & Dæmanum consortis de 184. mundis in in figura triangulari cum tribus unitatibus angularibus, & una media constitutis, rectissime intelligetur, si ab unitate intelligibili trinitatem intellectualem, animalem, & seminalem & principalium mundi partium per primum sphaericum numerum computationum intellexerimus. Quod ait hoc loco ליותן לבר צדיק וצדיק שׁ עולמות* singulis iustorum 310. mundos concedendos. Iacob Ben Chanif

in libro בית ישראל Capite prorsus
 ultimo ex Thalmud. אמר ר' יהושע
 בן לוי עתיד הקב"ה להנחיל לכל צדיק וצדיק
 פי עולמות שנא' לאנחיל אוהבי יש ואוצרו
 &c. אית R. Iosua *Deum sin-*
gulis iustorum 310. mundos concessu-
rum. Sicut 8. Prouerb. scribitur: *ad*
hereditare faciendum dilectos meos
omne, vel rem. יש eundem nume-
 rum exprimit Scholiast. הבינה
 בפסוק הזה גודל התענוג על דרך משר
 וי Parabolice & per hunc nu-
 merum magnitudinem beatitudinis,
 &c. Habétque hic numerus Ana-
 logicam proportionem. Quod
 Mosen scribit linguis septuaginta
 legem explicasse, ita pariter da-
 tam scribunt. Decalogus histori-
 cus Veneriis editus quem nuper
 Latine interpretati sumus ונהפך
 הדבור לשבעים לשונות שכל העולם
 שומעים בו שנא' כל מלכי ארץ כי שמעו

אמרי פיר. *Verbum Dei prolatum* (in
 danda scilicet lege) *in septuaginta*
linguas conuersum est, ut totus orbis
audiret, sicut scribitur, Omnes An-
geli terræ quoniam audiuerunt verba
oris mei. De Angelis quod memo-
 rat Cabalisticum est, In lingua-
 rum diuisione septuaginta popu-
 los diuersarum omnes linguarum
 singulis præsidibus Angelis diui-
 sit Deus, Israëlem sibi soli reti-
 nuit, hoc est, quod voluit in Can-
 tico suo Moses : *Constituit terminos*
gentium secundum numerum Ange-
lorum Dei. Itaque omnes Angeli Dei
 id est, omnes populi. Hoc loco, at-
 que hi sunt qui *secretam corticis,*
 apud Secretiores Theologos vo-
 cantur. Ioseph Ben Carnitol in
 libro *Portæ Iustitiæ.* דע כי יי ית בחר.
 כישראל כשהדיל של הלשונות בדור הפלגה
 איש ללשונו למשפחותיהם כגויהם. וזהו סוד

ענין הפלגה וכתב לכל אומה ואומר שר
 ענין הפלגה וכתב לכל אומה ואומר שר
 .Scito Deum Israëlem ele-
 gisse cum in Babylonica turris excidio.
 linguas diuisit populis, ac singulis pra-
 sidem Angelum tribuit. Mox subij-
 cit. נשאר כל שבעים אומות מסורות ביד
 שבעי' שרי' למעלה ואותם שבעי' שרי'
 סובבים חוץ לכסא הכבוד והם הנקראי' סוד
 הקליפות. Sic septuaginta Populi totidē
 sunt Angelis distributi, illi autē Angeli
 ab extra gloriae Thronum circumdant,
 ac SECERTVM CORTICIS di-
 cuntur. Inde Synedrj Senatores
 totius orbis Iudices totidē lingua-
 rum peritos esse volunt, quorum
 Caput Mosen eas ignorasse scelus
 apud eos fuerit. Quin & apud Æ-
 gyptios didicisse potuit. Nam
 eruditum se fuisse In omni Ægy-
 ptiorum sapientia ipsemet testatur.
 Illius autem æuo Reges tot lin-
 guas edoctos scribunt, aliter

Regni incapaces, hoc mendacium
 existat in historia Mosaica omif-
 sis siue in libro historico de re-
 bus à Mose præteritis ויהי מהפסם
 כל איש אשר יבין לדבר בכר שבעים
 הלשונות ועלה שבעי מעלות ועלה עולה
 ודבר עם געתו לפני המלך. וכל איש אשר
 לאישים השבעים ועלה אל המעלות כמספר
 אשר ידע ויבין לדבר. ומשפט מצרו הור
 בימי ההם אשר לא ימלוך עליהם איש כי אם
Qui- איש אשר ידע לדבר בשבעי לשון.
cumque septuaginta linguas edoctus
erat totidem ille Regij Throni gradus
ascendebat, ita ut Regi proximus sta-
ret eum eoque verba faceret, qui ea-
rum imperitus erat, pro illarum quas
sciebat numero totidem ascendebat
gradus. Eum verò qui omnes septua-
ginta non calleret Regem esse non posse
cantum fuit. Sed notanda sunt que
 Auctor noster ex gentis sententia
 scribit, Mosis iam morituri li-

brum Gabrielem Angelum accepisse, inque superos delatum, palam omnibus ostentasse, Iechiel Mile in libro תפוחי זהב *Poma auri* scribit non modo eorum qui impios conuertunt nomina recitari ab Angelis in caelo, sed & eorum imaginem ostendi כל מי שהוא מחזיר את הרשעי' כתשובה מעורר נפשו למעלה ביחיד ומלאך אחד הודיעו שמו כוליך דיוקני למעלה ומברכי' אותו *Quicumque impios conuertit ad penitentiam animam rursus ad Deum excitat, Angelus verò quissiam non modo illius nomen alios docet, sed formam etiam ac imaginem Angelis ostendit, qui saepius illi benedicunt,* Nam scelera & benefacta ab Angelis scribi iam olim credere. Idem Iechiel Mile Cap. 3. de timore. במה יש להם לבני אדם להזהיר מעונותיהם ולשמור ארחותיהם שהרי בכל

יוס במספר במשקל הכל מנוי וכר מעשי
 בספר נכתבו וכמה פעמי העולם ונרון
*Cauere debent sibi homines diligenter:
 Nam singulis diebus numero & men-
 sura omne numeratur, & quidquid
 fit in libro scribitur, toties indicatur
 mundus. A Iudæis Muhammedani
 retinent Muhammed Abdalla in
 Theolog. Singulos homines circum-
 stant Angeli, alter à dextris, alter à
 sinistris, dextri quidem benefacta ho-
 minum scribunt, sinistri malefacta,
 Deinde subiicit. Super humeros ho-
 minis sedent, calamus lingua eorum,
 atramentum salua, tabula notaria
 cor eorum. Tamen hic liber à di-
 uino apud eos distinguitur, cuius
 Dauidem meminisse Iudæi volunt
 Psalm. 139. Super libro tuo omnia
 scribentur. Excæcata gens imma-
 nes inde nugas cudit, quarum &
 impostor maximam partem hau-*

sit ac suis persuasit, inde tabula
Smaragdina, *Calamus de luce*, *verba*
de Margaritis, & cætera quæ pla-
 nius in Muhammedis Theologia
 exequemur. Hinc in libro *Mosai-*
carum quæstionum Arabico MS.
 quoties Moses de bonorum ope-
 rum mercede Deum interrogat,
 respondet אכתב לך & יכתב לך חסות
 חסות חסות *Scribentur illi*
mille bona, & scribam pro omni pec-
cato, &c. & sexcenta similia. Ne-
 que Græci harum stultitiarum in-
 diligentes. Nam apud eos *διφρα*
τῶν ἀσπίδων proverbio celebratur, & *τι-*
ταξες ἄσπιδων, in quibus orbis fa-
 ta descripta, sic & *Nemesin* Tabu-
 las suas gestasse produnt, in qui-
 bus non impia modo facta, sed
 insolenter ac audacter dicta scri-
 beret, quarum sæpius Nonn. in
ἄσπιδα. meminit.

CAP. VI.

Regius habitus, praco תורבון,
Εὐαγγελὸς Regum Syriae, stare
coram Rege, etiam summus
Pontifex stabat & נטילת ידו'
πυγμαῖ λῆσῶ. תקון של מי'

THRONVM, coronam, כובע
 pilei Regij genus, vulgò
Galeam ita vocant, & purpuream
 vestem Regi tribuit Maymonid.
 Halac. 'מלכ' ומלחמ' *De Regib. sedet*
super solium. יושב על כסא מלכות
Regni בפלטריו שלו ומשים כתר בראשו.
in palatio suo, & coronam in capite
gestat. Sed etiam Regi רדיר tiaram
 concedunt, & coronæ suppo-
 nunt, Chronicon templi secundi
 ועל ראשו דריר ממולא באבני יקרות ועל

הרדיד בחר המלכות והוא נסמך במטח על
 .In capite שמאלו ובימינו שרביט המלכות.
*Tiara lapidibus pretiosis plena, super
 Tiaram Regia corona, à dextris lecti,
 sceptrum verò à sinistris, &c.* Verùm
 præcipua Regi ministerij digni-
 tas interpret fuit תורגמן עליו תורגמן
Interpretem illi addidit. Vocat תורגמן
 eum qui in Orientalium aulis
 ἑρταφελεις Græcis scriptoribus di-
 citur, hic admissiones ad Regem
 faciebat. Lucian. de Syria Dea.
 ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας αὐτοῦ ἑρταφε-
 λέος, ἡ δὲ οὐκ ἀπέρξει σε ἡμετέρης ὀψίας,
 οὐδ' ἂν γινώσκῃ ἅμα διναζώμεται. Talis
 Armonias in Æthiopica Hyda-
 spis aula Heliodor. lib. 10. ἡ καὶ τοῖς
 ἑρταφελεις καὶ εἰ ἂν ἐπινομήζοιτο δῶρα
 ἑρταφελεις ἐκέλευεν, ὁ δὲ δὴ οὐκ ἑρταφ-
 γελως Ἀρμονίας. Mox subijcit Mo-
 sen disposuisse כֹּס הַשָּׁדֵד סֵדֶס sedes
 Synedrj. Nihil querimur Syne-

drium ipsa cum appellatione Iudæum Mosis ad tempora reuocasse, quando hæc omnium ea de re sententia est, de nomine non ita, sed miramur eum hoc loco Synedrj non modo meminisse (de-
 buit enim quia Rex non nisi illo iubente constituebatur) Maymonides אין מעמידו ארך מלא על פי בית דין של עז *Non constituunt Regem nisi de sententia Synedrj magni.* Verum illis sedilia assignasse, quando non modo ipsi, sed etiam Pontifex magnus, nisi si quando Vrini confuleret coram Rege omnes stabant, non sedebant. Agebatur de illo constituendo, hoc Moses curauit ex ritu בתחילה מלך אין מעמידו אלא על פי בית דין של ע' זקני' ועל פי נביא ביהושוע שמונהו משרה רבינו ובית דינו ונשאול ורוח שמינכם שמואל הרמתי ובית דינו *Initio Regem non constituebant.*

nisi de Synedrj aut Prophetae sententia, sicut Iosnam constituit Moses cum septuaginta Senioribus & Saulem ac Dauidem, Samuel eiusque socj Iudices. Idem Cap. 1. Halac. de Regib. Constitutus, si iudicaret, assumptos Iudices sedere non prohibuit, ipse etiam in Synedrjo aliquando sedit, aliis pariter sedentibus, vt constat apud Iosephum ex Herodis iudicio cui Hyrcanus interfuit, alias vocatus in ius aut sua aut aliorum causa sedentibus Senatoribus, ipse in pedes erectus stare iuebatur. Exemplum de Alexandro Ianai Rege ac Pontifice in Thalmud. tit. Sanhedrin. Cap. 2. quod ante nos Sichardus vir harum litterarũ doctissimus, in libro *אתא (ינאי) משפט המלך* adduxit *ינאי המלך ויתב אמר לי שמעון בן שטח ולא לפנינו אתא עמוד על הגליך ועודו בכך ולא לפנינו אתא*

עומד אלא לפני מי שאמר והיה העולם אתא
 עומר שנא' ועמדו שני האנשים אשר להם
 ריב. *Comparuit Rex, & sedit, dixit
 ipsi Simeon Ben Setach o Rex Iannai
 surgens sta super pedes tuos, & sic te-
 stentur contra te. Non stas coram no-
 bis, sed coram eo qui dixit, fiat &
 factus est mundus, sicut scriptum est,
 Stent ambo viri qui litigant. Itaque
 non otiosè coram Rege sedentes
 Synedrij Iudices descripsit Iu-
 daeus, idem in ministerio quod
 Iosue Moses exhibuit תיקון של מים
 meminit, verum est, superstitio-
 sissimam gentem immaniter lo-
 tionem manuum curasse. Itaque
 non mirum est, si de illa Moses
 erga Iosuam cui seruiebat anxie
 sollicitus fuerit, distinguebant in
 מי דאשוני' & מי אחרוני' *Aquas priores
 & posteriores, id est, ante & post
 cibum. In prioribus ידיו שיבויח ודיו
 למעלה**

מלה *oportet manus eleuare sursum,*
 in posterioribus צרין שישפיל למטה
oportet deprimere. Ad priores ta-
 men Iosue non tenebatur, quia in
 castris erat, hoc enim priuilegio
 milites gaudebant eaque liberi
 erant R. Iacob Baal Turim Cap.
 181. semit. vit. במחנה מלחמה
 'ההולכי פטורי' באשתי' אבל חייבין באחרוני'
Prioribus aquis liberi sunt, sed obligantur
ad posteriores. Hoc loco totam
 ἡ ἐρημίαν ἀπελευθεροῦν. quem vide.
 Marcus vocat Cap. 7. πνευμα
 ἡ ἐρημίαν ἐξ ἡμεῶν. id est, ἀπελευθεροῦν,
 vt illustris Scaliger optimè notat
 in Trihæresio. Dicemus libro de
 ritibus Iudaicis Noui Testamenti.

CAP. VII.

Prouerbiū qua mensura, &c.

Scriba Angelorum, בני מרום,
lux in vultibus Sanctorum,
Thargumim à Mosis tempo-
ribus, mutari in aliam fi-
guram & formam nominis
ineffabilis ope delirium Iu-
daicum, *Michaël Israëli-*
tarum Tutela, nunc *Gallo-*
rum.

במדה שמדרת לי אמר לך. Prouer-
 bium vetustissimum quod ipse
 Christus ysurpauit Iudæis, Syris
 & Arabibus notissimum Math.
 Cap. 7. ככילתא רמכילין אנתון מתתכיל
 לכוֹן. *Mensura qua metimini metietur*

vobis. Impostor in Alcoran, & li-
ber Mosaic. quæst. sapius iisdem
pene quibus Christus verbis &c.
כמה תדין תהון *Sicut indicabis, indica-*
beris. Zinghielem Mosis Angelum
vocat סופר כל בנים רום *scribam An-*
gelorum. Alij qui מט Metatron
Mosis custodiam tribuunt cum
quoque scribam appellant. Iona-
than Chaldaeus ארוכ אתננור וסליק
לרקיעא במימור קדש ם וקרא שמיר
מימרון ספרא רבא *Ascendit ad celos,*
dictusque est Metatron siue Scriba
magnus. Distingues verò בני מרוכ
בני אלהו *Filii Dei.*
Nam primo nomine omnes An-
geli vulgò sic dicti, at filij Dei
proprie sic octauus Angelorum
ordo vocabatur Meir Aldabi
ferm. 2. Quod ait Mosis vultum
Solis, Iosua verò Lunæ ad instar
radios emisisse diximus initio de

luce quæ in Sanctorum vultibus
 cernitur, presentia ac tutela di-
 uina certissimum indicium, pau-
 cis à natiuitate contigit, multis
 ab insigni pietate accidit, conti-
 nuas preces & frequens cum nu-
 mine commercium eius lucis cau-
 sam laudat liber Mosaicarum
 quæstionum, ית רב פמנ למן יצלי
 יצלי באלליל ואלנאש ינאם קא אשלע עליה
 ואנשר עליה: גנאח רחמתי ואנוד כלבה
 יזנהה ואשתניב רעאה ואכתב בכל רבעת.
*O Domine ! quid retribues illi qui no-
 ctu orat dum alij dormiunt. De. Ex-
 pandam super eum alam misericordia
 mea, & illustrabo cor ac VULTVM
 eius, scribamque omnes ingeniculatio-
 nes, id est, preces.* Itaque cum de
 Deo verba facerent crebro igne
 circumdari visi sunt sapientes.
 Exemplum habes in libro יחוס
 'הצדיקי historico qui omnium lu-

dæorum, quorùm corpora in terra Israelis iacent, sepulchra lustravit, & historiam persequitur, pag. 12. vers. editionis Venetæ פתח ר' אלעזר בן ערך במעשרה מרכבה דרש ירדה אש מן השמי' ומכבה כל האלנות שבאותה שרה. *Agebat de quadrigis Ezechielis, descendit ignis de cælo, atque omnes agri arbores circumdedit.* Gersom. שרמולה eius libri auctor est, primûsq; edidit. Iosue legit, Moses explicat. Iudæos in Ægypto diu vixisse constat. Itaque vernaculam linguam vocabulis Ægyptiis ac vicinarum gentium vocibus conspurcasse, non leues inter illos Magistri proderunt, adeò vt Mosaicam legem cum primum omnibus lata est, non passim à plebe intellectam fuisse suspicari liceat, itaque necessarius fuit interpretum vsus,

qui Hebraicè dicta, huius linguæ vel prorsus ignaris (quales ex Ægyptijs multi Iudæos sequuti erant) explicarent, vel saltem non ita peritis, hinc תרגומי primum, quod ita intelliges, vt in scripta illas explanationes redactas non putes, sed aliquo post tempore demum. De quibus alibi plenius. Exstat In Sepher Iuehasin longa satis disputatio qua Iosephi Cæci, Ionathanis, Onkeli & aliorum quæ ad nos vsque perueniunt, explanationes Chaldaicas ostendere conatur longè antè illos scriptas, sed ab eis emendatas, ideoque eorum nomine dictas. Quod verò vult Mofes, vel in auem vel in piscem mutari, Iudaicum delirium est, hoc ineffabilis nominis beneficio possibile putant. Ita Dauidicum Psalm 54.

torquent. כו יתן לי אבר כיונה אעופה ואשכנח.
Quis dabit mihi alas sicut
Colomba, & volabo, & quiescam.
 Diximus latè in libris Chald.
 Theolog. illo & celerrimè itinera
 se conferre mentiebantur. Benja-
 min Tudelensis in itinerario de
 David Alroi. ובאותו חנום הדרך מהלך
 י' יומי עד על עמראה משם המפורש
 die & decem dierum iter conficit ad
Amoriam usque ineffabilis nominis
pronuntiatione. Itaque Mosi tam
 facile fuit hac via totam ynico
 momento Israëlis terram lustrare
 quam prodigiosam Metamor-
 phosin aggredi, nec tamen igno-
 rant Pythagoricam, quæ ad *ὁ*
μεταστροφῆς respicit. Iechiel
 Mile Cap. de Timore. יש שהוא דומה
 לו לארו ויש לנחש ויש לחמור. לכו
 הבריות הוא משתנה כפי מעשיהם וכפי
 השעה ברה אשרי אוש השולט ורוכב עליו

במו שרוב ער סוס או על חמור ואוי לו
 למי שיצרו שולט עליו זה נקרא רשע גמור.
*Est qui leoni, est qui serpenti & asino
 similis euadit, inque omnes secundum
 opera sua mutatur bestias. Beatus qui
 (passionibus suis) imperat, easque ve-
 lut equum sessor domat, aut asinum.
 Va illi verò cuius germen malum (id
 est, fomes peccati) præualet, quoniam
 ille prorsus impius dicitur. Quod
 corpus suum in partes secari vult
 Moses mox ab Angelo suscitand-
 um, hoc possibile Arabes pu-
 tant, etiam exemplis eorum qui
 hoc conati sunt adductis, omnia
 excussimus in libris Chaldaic.
 Theolog. Verum cur vocat מכתל
 שר של ישראל *Iudaorum tutelam*. Per-
 uasit etiam Græcos hæc opinio.
 D. Chrysostomus Serm. in san-
 ctum Paulum. ὁ μιχαὶλ τὸ πρὸς Ἰου-
 δαίων ἔθνος ἐνεχθείσθαι. Postquam in*

reprobum sensum lapsus est charissimus Deo populus ad Gallicam gentem cœlestis militiae principem transitum fecisse *na Eg-*
ad dolo totius Regni sententia obtinet. Alibi plenius.

CAP. VIII.

Moses moriturus veniam petit, petende venie ritus, Moses ineffabile nomen describit, cur? vni vsq; populus saluatus, saluati pro Christianis, Moses & Iosephus nati circumcisi, Anakim, gehenna superior & inferior.

MOriturus Moses veniam à Iudæis petit, ex ritu gen-

tis, imò & eorum quos læserant, si
 fortè fato defuncti essent sepul-
 chra tenebantur adire. Totum
 morem descripsit Mose Kotzi lib.
 præceptor. & Sepher' שפיר' Dice-
 mus. lib. de ritib. Iudaic. Nou.
 Testam. Idem ineffabile nomen
 Dei describit, vt puto, quia ho-
 minem exuere paratus Iosua
 eius pronuntiationem ac Syne-
 drium docere cupiebat, vnde ri-
 tus posteros semel in hebdomada
 doctos ac pios illud edocendi
 Meir Aldabi lib. sem. fid. ם בן
 ד' אותיות חכמי' מוסר' אותו לבניהם ולת
 למדיהם פעם אחת בשבוע ועוד אמרו
 זל שם בן שבעים ושתיים קדוש ואין
 מוסרין אותו אלא למי שהוא עומד בחצי
 &c. ימיו וצנוע ואונו משתכר
*Nomen
 quatuor litterarum sapientes docebant
 filios ac discipulos suos semel in hebdo-
 mada, nomen verò quadraginta litte-*

rarum non iradebant nisi honestis, ebrietati non deditis, & qui medianam etatem iam attingissent, vel etiã scribebat vt imminenti occurreret periculo, quod eo casu non insolens, imò & pectori adfixum gestabant, vt eo, se discrimini subducerent. Liber מעשׂות חייהו היסטוריארי, Venetiis editus. קרא לסנהדרין ואמר להם לכו כתבו לכם שם המפורש וקבעו ערל לבבכם הלוכו כתבו ובאו אצלי
Vocauit Saubedrin, ac dixit, ite, scribite nomen ineffabile, ac pectori vestro imponite, iuerunt ac scripserunt, deinde ad eum reduces, &c. Notandum est, quod Iudæorum populum עם נוסם populum saluarum vocat, vel ideò quia acceptam inde appellationem sibi postea Christiani retinuerunt, ac meritò. Vt obseruauit Illustrissimus Baronius Annal. Tom. 1. inter

enumerandum singula sua merita
 Moses se quoque circumcisum
 ex utero matris prodiisse memo-
 rat. De Iosepho idem prodidere
 ad hæc verba Ionathanis Chal-
 dæi. חמון גוירה מהולתו *viderunt cir-*
cumcisionem eius. Ita scribit doctus
 Scholiastes nuper Hanoniæ à Iu-
 dæis editus והלא איתא במדרש שגולד
 מהול *An non in commentario scribi-*
tur eum circumcisum natum. ענקי
 vulgò גבריה *gigantes* interpretan-
 tur. In Iosue אַנַּכִּים Anac mentio est,
 triumque eius filiorum, vnde in-
 usitæ magnitudinis homines sic
 dicti. Meminit Benjamin Tude-
 lensis in Itinerario Abchamaz
 Regis, cuius costam describit 9.
 palmorum Hispanicorum lon-
 gitud. duorum verò latitud. atque
 vnum ex ענקי vocat. Quomodo
 sint hæc intelligenda quæ Samaël

obloquitur: *Si me Gehennam à gradu superiore ad inferiorem conuertere iubeas, &c.* Disces ex lib. 9. sem. fidei, quo loco ex R. Iosua Ben Leui totam Gehennam describit. Præstat excæcatæ gentis infanias traducere. Septem nominibus in sacra Scriptura vocari ostendunt, septem etiam eius mansiones pertinaciter credunt, in singulis decem populorum supplicia memorant, prima est דֵּם Absalom. קאים מלאכא חר ומחי לכל חר וחר מנהון בשוטי דנורא והוא דמחא יתהון קושיאל שמירָה ואמר רמו יתהון ורמן יתהון מתיקדין בנורָה ומעילין חוטרין ומחו יתהון ורמן יתהון לנורָה וכן כל חר וחר עד דמסיימין כל חייבא ובתר כן מעילין לאבשלום למסחא נפקת בת קלא ואיורה לא תמחוניה ולא תוקדוניה בנין דהוא סבני רחים' דאמרו בסיני נעשה ונשמע. בתר דמסיימין רשיעיא לממחי נפקין מן נורָה

כאלו לא התוקדו ועוד הדרין ומוקדי יתהון
 וכן עבדין להון שבע זמנין ביומא ותלת
 כלילא id est, Breuiter de his omnibus
Angelus cui nomen est Kuschiel fustibus igneis supplicium sumit, ac postquam eius imperio singuli meritas penas dederunt, Absalonem quoque adduci iubet, verum subita vox erumpens, ut illi parcatur, imperat, quoniam de sobole illorum sit qui legem in Sinai monte acceperunt ac dixerunt: Faciemus. Tandem ex supplicio illi exeunt ac si ignem non sensissent, sed iterum in eum precipitantur ac torquentur, idque in die septies, ac ter in nocte. Secunda mansio est τ& Doeg, sub Angelo carnificina praeside Labtiel, sed Doeg pariter ab illa, ideo quia Iudaeus erat liberatur. Tertia τ& Corah sub Schaphriel. Quarta Ieroboami sub Mactiel. Quinta τ& Achab sub

Cutriel. Sexta & Micha sub Poiel.
 Septima Iudæorum est, ab his ta-
 men Nugis duplex Tartarum
 Chaldæorum & posteriorum Pla-
 tonicorum fluxit, de quibus in lib.
 Chald. Theolog.

CAP. IX.

*Seraphini quadriga, Angeli à
 dextris & sinistris Dei, An-
 geli lugentes, Samuel captus,
 & excacatus.*

TOTVM כסא הכבוד descripsit
 Eliezer in Capit. & liber
 Mosaicarum quæstionum, ad
 quem olim multa diximus, ma-
 ximè cur illis sex אלֵּי שָׂרָפִים
 עוֹסְדֵי סַמְעֵר לֹא אֶחָד מִיּוֹמֵינוּ שֶׁל הַקְּבֵה
 וְאֶחָד מִשְׂמָאלוּ שֶׁשׁ כְּנָפֵי שֶׁשׁ כְּנָפֵי לְאַחַד

בשתי' כסה פנוי שלא יראה פני שכינור
 בשתים יכסרו רגליו להעלים כף רגליהם
 בכף רגל עגל ובשתי' יעזופף לקלם ולהעריץ
 Seraphini duo ולהמליך את שם ה' הגדול
supra stans, unus à dextris, aliter à sini-
stris Dei; ambo sex alis instructi duabus
faciem tegunt ne diuinitatem videant;
duabus pedes, &c. Quæ plenius ex-
plicuimus ad hanc propositio-
nem: Nullus Angelus habens sex
alas transformatur. Hic verò Ca-
 balisticum ordinem seruat, Elie-
 zer Cap. 3. מלאכי' שר' ארבע כתורי' שר'
 ה'מהלכי' ומקלסו' לפני' של הקב"ה מחננו
 ראשונה של מיכאל על ימינו מחנה שנייה
 של גבריאל על שמאלו מחנה שלישית של
 אוריאל מפני' מחננה רביעות של רפאל
 מאחוריו ושכינתו של הקב"ה באמצע.
Quatuor Angelorum ordines Deo ad-
stant Michaël à dextris, Gabriel à
sinistris, Uriel ante faciem, Raphael
post, Deus verò Benedictus in medio
omnium

medio omnium. Neque miraberis
 lugentes Angelos hoc loco, quos
 in omni peccato eorum quos cu-
 stodiendos susceperunt, idem
 præstare, eundemque planctum
 plangere non dissimulat. Princip.
 Sapient. breue. שני מלאכי העומדי
 עם האדם תמיד לשמורו בהיות אדם חוטא
 הם חטאו בדלים ממנו ועומדים אבלי עליו
Angeli duo singulos comitantur,
ut eos custodiant, inque omni peccato
super eos lugent. Sed cur Angelo-
 rum lessum negarent, qui Deo
 singulis diebus ob excidij tem-
 plum tribuunt, ut sexcentis in
 Thalmud locis videre est. A Iudeis
 Muhammedani Theologi habent,
 apud quos Deus ita Mosi respon-
 det lib. quæst. iam antea laudato.
 לא סוסי חמלה אלערש יבבון עלו אלמרנבן
Mose etiam ex throno

meo multi flent super eos qui puniuntur ex hominibus. Huc detorquent Angelos gaudere in cœlis super vno peccatore pœnitentiam agente, igitur & flere super vno peccante. Samaëlem Moses capit, & excæcat, qui non peccat hoc agit, qui peccat vinctum liberat. Iechiel in princip. breui sapient. גרוֹל עוֹשׂ הַעוֹבֵר עַל לֹא תַעֲשֶׂה כִּי מַלְאֲכָה הֵם גְּדוּרִים וְסִיּוּבִים לַתְּפוֹשׂ שְׂמַא' בַּקּוֹלֵר וְשֹׁלֵא לְהַתִּירוֹ &c *Magna est illius pœna qui negatiua præcepta transgreditur, sunt enim 470. septa ad ligandum & capiendum Samaelem, ne solvatur, qui verò illa transgreditur funem seu vinculum soluit קוֹלֵר עֵסְט* colare ad verbum. Est tamen apud Magos ἐπιμαχίας incantationis species δεσμός δαίμων seu vinculum decorum seu dæmonum dicta, cuius

auctorem Salomonem Iudæi perhibent. De illa multa diximus ad Libellum de Throno Salomonis, siue Æthiopicam fabulam quam his diebus in venatione latinam fecimus. Antiquior Salomone Kainam illa vsus est ante Diluuij tempora, Elicio carmine apud Chaldæos, Ethruscos, Ægyptios, Græcos, Romanos fiebat, soluto vt putabant pristinis vinculis numine, mox alteri populo ac delubro traditis, cera, ligno, metallo, *πλεκτῶν ἐλίων*, tutelæ signa gestantibus pro inuocati ordine ac potestate, quæ si perirent, liberari à tutela numen credidere. Totam superstitionē in lib. Chal. Theol. excussimus. Hinc Palladium Phrygum, *μέλεκαρτος* Tyriorum, siue *מלך קרת* melek karta ad verbum o

πολιτῶρες, & quæcunque siue statua
siue βασιλεια rata populorum re-
tentus vti credebant, ligatisque
numinibus morabantur.





GILBERTI
GAVLMINI
 MOLINENSIS,

LIBER TERTIVS
 NOTARVM.

CAPVT PRIMVM.

*Pater qui est in caelis, caelum de
 luce, terra de niue, materia
 duplex, Moses de scobe ta-
 bularum diues, Regina, va-
 pulationis Iudaica ritus, &
 ferenda sententia.*

y iij



OMNIA quæ in hoc
 futili scripto aliquam
 lucem merebantur siue
 gentis ritus, seu linguæ
 ר' ארבלים spectarent, ea superiori-
 bus libris supra quam auctor me-
 rebatur, diligenter excussimus,
 pauca quæ supersunt, vno vel al-
 tero capite complectemur, quan-
 do vltimus hic Liber, leuia quæ-
 dam si excipias, idem cum secun-
 do prorsus est רצון אביו שבשמים
 emendauit *voluntatem patris qui est
 in cælis*, Cap. 5. in Pirke Abot הוי
 עו כנמר וקל כנשר ורץ כצבי וגבור כארי
 לעשות רצון אביו שבשמים
*Esto ro-
 bustus sicut Pardus, leuis sicut Aquila,
 currens sicut Hinnulus, & fortis sicut
 Leo, ut facias voluntatem patris tui
 qui est in cælis.* Hanc loquendi for-
 mulam à Iudaïcis precibus in di-

uina sua oratione Christus Domi-
 nus vsurpauit. Quæ sequuntur
 Chaldaicæ & Cabalisticæ Theo-
 logiæ ἐπειγία sunt. Apud quos ma-
 teria sub duplici respectu consi-
 deratur ונקי ונקי *pura & munda*. Dein-
 de עכור *crassa & densa*, sic forma
 קדושה חטובה טהורה *signata, munda,*
sancta. Hæc Angelos exhibet, &
 materiam odit, altera חלולה פתוחה
 &c. דאגיה להרבק אל ההיולי *qua ma-*
teriam amat, hæc illustratur alte-
 rius lumine, eiusque virtute puræ
 ac mundæ materiæ coniungitur.
 Vnde cœli, deinde חלולה *forma* al-
 teram quoque materiæ partem
 densam & crassam induit, vnde
 elementaris hic quem cernimus
 mundus. Quæ Cabalisticæ חוה & ברו
 nominibus, ac *linea viridis qua*
uniuersum mundum circuit docent.
 Meir Aldabi lib. 1. Inde *materiam*

terra, & cæli hoc loco, lucem ve-
stium Domini, & niuem Throni faci-
le intelliges. Eliezer Capit. 2. ושמים
 מאי זה מקום נבראו מאור לבושו של הקבה
 שהוא לבוש וקה ופרש בשמלרה והנ
 מותחים והולכים עד שאמר להם די ולפי
 זרה נקרא אל שד ישאמר לשמי די ומנן
 שבאור שלבושו נבראו ונעשו השמי שנא
 עושה אור כשלמה הארץ מאי זה מקום
 נבראת מן השלג שתחת כסא הכבודו לקח
 זרק על המי ונקפאו המים ונעשו עפר
 הארץ שנא כי לשלג הוא הארץ.
 Idem in Breschit Rabba inuenies
 pag. 68. editionis Venetia, cum
 commentariis. *Cæli unde creati sunt*
ex luce vestimentorum Domini, ipse
vestem accepit, & expandit, & cæli
sic extensi sunt usque Deus dixit, די
dai satis est, vnde & Deus sadai (σά-
ταϊνος Græcis) dicitur. Hoc autem
scimus ex illo loco, qui fecit lucem si-
cus vestem. Terra vero sic creata est,

accepit Deus niuem sub Throno gloriae
 sparsitque super aquas quae concreue-
 runt, ac factae sunt in puluerem terrae
 sicut scribitur, Niui dicet, terra, &c.

Quae ad duplicem duplicis illius
 formae ac materiae, de quibus di-
 ximus respectum reuocare debes.

Rabbicium est quod sequitur,
 Mosen ex Tabularum scobe diui-
 tem factum, quia sapphyrinas
 fuisse putant, liber מנחה בלולה cu-
 ius Auctor Abraham Menahem
 filius Iacob Cohen, siue Sacerdo-
 tis Parasch כי תשא. Ita ex senten-
 tia suorum אמרו זל מכסה הכבוד לקח

&c. De Throno
 gloriae eas accepit, erantque ex sap-
 phiro. R. Simeon in libro ילקות ca-

dem parascha. מעשה אלהים המה הלוח.

לא נבראו מן הארץ אלא מן השמים

וכשאמר לא המקום פסל לך. מחצב שר

סגפירימונ נברא למשה בתוך אהלו יחצב

&c. שָׁנָה וַיִּפְסַל שְׁנֵי לִוְהוֹת אֲבָנִים *Tabula*
ista opus Dei, non ex terra, sed
ex cælo, & quando dixit Deus Mosi,
ut eas dedolaret, statim in medio Mo-
saiici tabernaculi creauit sapphirinum
quadrum, quem Moses complana-
ret, sicut dicitur, & excidit duas
Tabulas lapideas Ab illis etiam glo-
 ria cornua, ita vultus lucem vo-
 cant, sibi habuit idem באֲמַצַּע מַשֶּׁם
 הַחֹר *Inde & cornua*
gloriae habuit. Complanauit autem
 vermis שְׁמִיד *opera* אֲבָנֵי מֹשֶׁה
 וְכֹו פֶסֶל מֹשֶׁה אֲבָנֵי מֹשֶׁה וְהַלְלוּחֹקִי
In eo Ephod & tabu-
las lenigauit Moses. Parabola quam
 postea recitat de Reginarum sup-
 plicio & vapulatione, Iudaïci lu-
 ris est. Nam in illorum legibus
 מַלְכֵי בֵּית דָּוִד רְנִים וְדָנִים אֹתָם לְפִי שֵׁהם
 יוֹדְעִים הַתּוֹרָה יֵלֵא הִיָּה רַע בְּעֵינָהֶם הַשְּׁפוֹת
Reges domus Da-
uid indicant & iudicantur, quia sciunt.

*legem, nec turpis est in oculis ipsorum
hæc humiliatio atque submissio legalis.*
in Thalm. in Maymon. & in aliis
quos exscripsit ante nos vir do-
ctissimus Sichardus. Ita non qui-
dem, capitali supplicio, sed legali,
id est, à lege decreto in mandatis
quæ obseruare debebant, Reges
ipsi subijciebantur, iudice Syne-
drio, si contra peccarent, eius ante
oculos vapulabant. De Reginis
multo magis idem existimare li-
cet, sed errat Iudæus cum præcon-
nem ait præcessisse ac vapulatio-
nis causam populo recitasse. Hoc
enim ita narrat quasi per urbem,
vt hodie fit, vapularent inter am-
bulandum, quod falsum est: nam
alligati columnæ vapulabant, ac-
clamante quidem præcone, sed
tamen Rei immoti stabant, non
ambulabant. Totum ritum habes

lib. מכור. Cap. 3. in Misna כיצד
 מלקין אותו כופרתי שתי ידיו על העמוד
 הילך והילך וחזן הכנסת אוהו בכנרו אם
 נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהיה
 מגלה את לבו והאבן נתונת מאחוריו חזן
 הכנסת אומד עליו ורצועה בידו של עגל
 כפול אחד לשני ושני לארבעה ושתי
 רצועות עולות ויורדות בה. ידו טפח
 ורחבה טפח וראשן מנערת על פי כריסו
 ומכה אותו שלח אחד מלפניו ושתי ידות
 מלאחוריו ואינו מכה אותו לא עומד ולא
 יושב אלא מוטח שם והפילו השופט והמכה
 מכה בידו אתת בכל כחו. והקורא קורא אם
Fia vapulanti, li-
etor ambas hinc vide columna alligat,
synagoga minister Rei vestes corripit,
vsque, seu rampantur seu dissuantur
pectus nudet, à tergo lapsus est, cui li-
etor hic insidet, manu lorum ex vituli
corio gestans duplicatum, unum in
duo, & duo in quatuor, quae duo lora
ascendebant & descendebant, manu-

brium eius palmus erat, latitudo item palmus, summitas usque ad os ventris pertingebat. Cedebat autem eum tripliciter uno loco ab anteriore parte, alijs duobus à posteriore, non percutiebat neque stantem, neque sedentem, sed inclinatum sicut dicitur. Et prosternebat eum Iudex, dum validè cedebatur, præco inerea clamabat, Si non observaueris ut omnia facias verba eius, &c. Sed plura de מלכות In libro de ritibus Iudaicis Noui Testamenti. Nam hunc ante nos locum laudauit vir eruditissim. Buxtorf. alias in omnibus supplicijs moris fuit, vt damnatos præco præcederet, ac omnia plebem doceret. Thalmudistæ in Sanhedr. Cap. 6.

אם יצא ליוסקל כרוו יוצא לפניו איש פלוני
בן פלוני יוצא ליוסקל על שעבר עבירה
פלוני ופלוני ופלוני עדיו כל מי שיודע
Quando aliquis זכות וכו' ויעמד עליו.

ad lapidationem ducitur, præco eum
 præcedit & clamat, Talis filius, Talis
 ad mortem ducitur propter hoc &
 hoc crimen, testes eius sunt Talis &
 Talis, quisquis nouit aliquid quod in-
 fontem eum probat, accedat & doceat.

Quod ad vapulationem pertinet,
 frequentissima fuit, nec infamiam
 irrogabat, non minus quam pu-
 blicæ Christianorum primis sæcu-
 lis pœnitentiæ, itaque ab illa sta-
 tim locum sibi debitum quisque
 repetebat, excepto solo Synedrij
 magni præside נישא ipsi vocant
 כהן גדול שחטא לוקה בשלשה כשאר כה-
 העב וחזור לגדולתו אבל ראש הישיבה
 שחטא מלקין אותו ולא חזור לשררתו וגם
 אינו חוזר להיות כאחד משאר הסנהדרין.

*Ipsè Pontifex Maximus sicut reliquæ
 vapulat coram tribus, ac statim re-
 ceperat dignitatem. Solus Synedrij
 Præses si vapulauerit, non modo non*

recuperat, sed ne quidem in posterum
reliquis Senatoribus æquari potest.

CAP. II.

*Sex annorum millia duratio-
nis mundi, propter legem
— עונר רitus interorandum,
Gan Eden, fabula Iudaicæ
de illo.*

שיתא אלפי שני שלא נבראו אלא בשביל
התורה *Sex annorum millia que pro-
pter legem condita sunt.* Hæc Iudaï-
cam Prophetiam indicant, ea est
תנא דכי אליהו ששה אלפי שנה הוי עלמא
שני אלפי תהו שני אלפי תורה שני אלפים
*Elie schola durationem
mundi 6000. annorum definiuit,
2000. sine lege, 2000. legi, 2000.*

Messia. Quod propter legem con-
 dita scribit, ἀρχὴ τῶν λόγων natio ex
 initialibus τῶν בראשית litteris pro-
 bat, quæ בראשונה ראה אלהים שוקבלו
 ישראל תורה *Initio praevidit Deus*
quod accipiet legem Israël. Ex hac
 mente R. Eliezer Cap. 2. וְדַבְּרוּ
 וְנָעוּ &c. נבראו עוֹרֵי שְׁלֹשָׁה נִבְרָא הָעוֹלָם הַתּוֹרָה וְנָעוּ
 id est, *Septem ante mundum condita*
sunt, lex, Gan Eden, &c. In Bres-
 chit Rabba duo ante mundum
 actu fuisse memorat, Legem &
 Thronum gloriae, quatuor in
 mente diuina propter quæ orbem
 creauit Patriarchas, Israëlem, tem-
 plum, & nomen Messia. De qui-
 bus dicemus in libris Chaldaic.
 Theolog. sed laudabilis est, &
 obscurus qui sequitur locus. Ait
 Mosen postquam intellexit de-
 cretam sibi à Deo mortem, non
 modo ieiunio & precibus Numi-
 nis

nis pacem expostulasse, sed etiam
 קבל עליו תענית ועג עוגה ועמד בתורה
 ואמר איני זו מכאן עד שתבטל הגזירה
*Suscipit super se ieiunium, & coxit
 placentam steruque in medio eius, ac
 ait ad Deum, non recedam inde, do-
 nec decretum tuum irritaueris.* Maxi-
 mum confidentiæ in Deum Mo-
 faicæ argumentum, nec tamen
 obtinuit, simile de Honi legisse
 memini, exstat historia in libro
 qui *Prosapia Iustorum* dicitur. To-
 tum inde ritum melius discas מעשה
 ששלחו כיל אל חוני המעגל התפלל עלינו
 שירדו גשמי אמר להם צאו והכניסו תנורי
 פסחו שלא ימותו והלך להתפלל ולא ירדו
 גשמי עג עוגה ועמד בתוכה ואמר לפני
 רבון העולמים בנך שמו עיניהם עלי שאני
 כבן בית לפניך נשבע אני בשמך הגדול
 שאיני זו מכאן עד שתרחם עלי בנך.
 id est, *luerunt*
ad eum, ut à Deo pluuiam impetra-

*rent, dixit illis, ite, congregate furnos
 Paschatum, nec humectentur, &
 oravit, verum non descendit pluuia,
 tunc coxit placentam (Paschalem)
 stetitque in medio ac Deum sic allo-
 quutus est. Domini filij tui aspiciunt
 me quasi filium Domus, itaque ego
 iuravi magnum ineffabile Nomen
 tuum, me inde non recessurum donec
 filiorum tuorum misertus fueris, tunc
 inceperunt pluuia, &c. Mox descri-
 bit totam historiam quam vide.
 Meminit & Geographus Arabs
 Indicæ cuiusdam gentis quæ de-
 bitores circulo includit, at illi nisi
 exsoluto ære alieno non inde dis-
 cedunt. Mox Deus Mosi persua-
 det, vt æquo animo mortem fe-
 rat, ideoque τ̄ Gan Eden delicias
 memorat, flumina, tabulas Le-
 niathan, Behemot, & cætera quæ
 videntur nugari, & cuius μωδικῆς*

Θεολογίας in libris Chald. Theolog.
 rationem reddemus, ab illis accepit
 Impostor Surat אלקטאל cuius hæc
 verba sunt. מתל אלגנה אלתי וער
 אלמותקון • פיהא אנהאר מן מא עיר אשן
 ואנהאר מן לבן לם יתעיר טעמה ואנהאר
 מן חמר לדה ללשארבין ואנהאר מן עשל
 Sicut hortus מצפי ולהם מן כל תמראת
 qui preparatus est timentibus, in quo
 sunt flumina aquæ innoxia, lactis
 numquam acescentis, vini delicati,
 mellis electi, in quo & omne fructuum
 genus. Colloquium Achmad & Si-
 nan Romæ editum lib. 1. אן אללר
 יעטי אלנעמה אללדודת וביות אלחאשנת
 ברכת ואלחורי ולכל ואחיר מנהם כתיר
 זגנרת מליחור וכל רלך יכון שבב אלפרג
 Deus dabit Pijis, bonum, do-
 mos optimas, piscinas (ita emendavi
 & ad flumina refero) virgines, &c.
 Ita vocat & commendat ab ocu-
 lorum pulchritudine. Estque ab

ipso Impostore desumpta vox:
 Sic enim alibi מקום פי אלמתקין פי
 אמין מי גנארת ועיון ילכשון מן שגש
 ואשתברק מתקאבלק וווגנאהם בחור עין
Erunt in loco securo in hortis & fon-
tibus, indui sericum & purpuram.
Sic è regione, inuicem positos coniu-
gemus eos cum pulcherrimis oculis.
 Quod quatuor flumina posuit
 Muhammed, Iudæi modo qua-
 tuor ex Mosaïca historia, modo
 sex, vt hoc loco, modo septem in
 superiore. Vt apud R. Mekir in
 libro אבקת רוכל id est, *pulvere Aro-*
matico. Atque horum maximam
 partem de Gan Eden inferiore in-
 telligere secundum illos oportet.
 Est enim duplex Gan Eden *supe-*
rior & inferior. Secundum Cabali-
 sticum Axioma כל הדברים שיש
 למטה יש למעלה רוגמתן יש למטה גן
 ערן יש למעלה גן ערן *Omnium que*

infra sunt, exemplar supra est, ita superior Gan Eden, sive hortus voluptatis est exemplar inferioris. Hoc cogitabant illi Philosophi qui *Candidum* hic apud nos esse, *Candorem* apud superos pertendebant quod Semo Picus in Propositionibus suis retinuit. Fabulas de *Leuiathan* *Albethur*, Muhammed Abdalla vocat (lego *Alhur*) מוֹתָם (Cetum notat Arabibus) Behemot, montibus mille ex Iudæorum libris collegit Auctor Synagogæ Iudæicæ huius gentis traditionum callentissimus. Quem adi. Nos interpretati sumus in lib. Chald. Theolog.

CAP. III.

Locus ex libro creationis, Angeli volucres, avis nocturna, Prouerbiū Hebraicum
 יבסלא נימא *anima orantes,*
plenus sol in Messia D. Iesu
Christo, plena luna in Salo-
mone, Samael Angelus mor-
tis, plura de illo.

EA quæ de triginta duabus
 semitis adfert, habet ad ver-
 bum ex initio libri Creationis,
 quem Abrahamo Patriarchæ fal-
 so tribuunt. בשלשים ושתים נתיבות.
 פליאות חכמה חקק יה יהוה צבאות אלהי
 ישראל אלהים חיים ומלך עולם אל רחום
 ותנון רם ונשא שוכן עד מרום וקדוש שמו

בשלושה ספרי בספר וספר וסיפור
In tri-
ginta duabus vijs scientia maxime
mirabilibus & occultis Jah Deus Le-
baoth, insculpsit nomen suum. Crea-
uit mundum tribus litteris, scilicet,
scriptis, numeratis, pronuntiatis. Quæ
 vt ad litteras ineffabilis Nominis
 referuntur, vel ad numerum pon-
 dus & mensuram, vel ad tripli-
 cem existentiam, docent Mose
 Botril, Ramban, & Rabad eò loco
 quos vide, nobis iudicasse sufficit.
 Ibidem in *Hacdama* siue præfixa
 Epistola 32. semitas plenius expo-
 nunt. &c. מלאכי השרת שהם עיטי' בעיט. &c.
 Quod *Aues* Angelos & Dæmo-
 nas *vocent*, Non mirabitur qui in
 Zohar sciuerit *per volatile* in מעשה
 בראשית Veteres Angelos intelle-
 xisse Meir Aldabi lib. 9. יש להם
 כנפי' כמלאכי השרת והסברת השיסרה
 בקללורת יסודותיו באשר נראה גם &c.

Sunt *Demonibus ala*, sicut *Angelis ministerij*, volatus autem causa elementorum ex quibus eorum corpora componuntur, leuitas. Ut verò per *Aues cæli*, *Angelos innuunt*, ita nocturnas volucres, *dæmones vocant*, non modo *Iudæi*, sed etiam *Arabes* *Abi Vbeid* siue quis alius ex cuius scriptis excerpta prouerbia edidit ὁ μαθητής Herpenius. פתכלם באליל חית ליש טיר אליל. Verba fac ubi non est *avis nocturna*. Vbi Arabicus interpres somniat. Alludit ad vetustissimam Orientalium sententiam quæ vulgari etiam hodie apud illos dicto originem dedit, cum aliquid arcanum significant, *Nemo nouit nisi qui audijt demon*. De qua nos alibi plenius. כמלא נימא ר. restituere facile fuit, notissimum Adagium Sepher Aemana Cap. 5. אין הכריתה.

נמשך כמלה נמשך *Creatura ne pilo
 quidem mutatur.* Vide Drusij Pro-
 uerb. Iustorum animas legi vacare
 illi facile credunt qui ipsi Deo
 hoc otium faciunt, alibi stultæ
 gentis insanias agitauimus, quas
 δοκησιόφοι apud illos dissimulant
 non leuibus τ' μωρολογιδμω causis
 redditis. Quod Mosis vultum
 Solis, Iosue verò Lunæ ad instar
 rutilasse nugatur, Cabalisticum
 innuit. Solem supramundanum
 in miraculis suis spectauit Moses,
 Lunam Iosue. At Sol plenus fuit
 in Solo Christo Messia, sicut Lu-
 na in Salomone. Quæ Semo Pi-
 cus non ignorauit in conclusio-
 nibus suis. Mox Samael Angelum
 mortis describit (Adreiel Mu-
 hammedani vocant) ensen ac-
 cinctum. Thalmudistæ albæ Co-
 lumbæ forma gladium cruentum

altera sub ala gestantis exhibent.
 Iechiel Mile Cap. 6. de Amore.
 וכמה חולים במגפה רואים ארת חמלאך
 המשחית מהם שיראהו בהרב מהם בקשת
 &c. ובחצי וכיוצא *Muli agrotantes*
Angelum destructorem viderunt, alij
quidem cum gladio, alij verò cum arcu
& sagittis. Liber מעשיות Pauperis
 specie traducit. בא מלאך המות ונדמה
 לו כעני וראשו פרוע ובגדיו פרועים
 ושערותיו מקלקלים *Angelus mortis*
Pauperis formam sumpsit, nudòque
capite, & veste ac capillitio negle-
ctis. Cum alis apud Muhammed
 Abdalla in Theolog. quibus se
 omnium vltimum suffocauit.
 Inde Veioues cum arcu, telis, gla-
 diis, ab Ethruscis disciplinis quæ à
 Chaldaïcis hoc habuerunt. Itaq;
 etiam hodiè si Eliæ Germano fi-
 des, statim quum aliquis fato de-
 functus est, omnem aquam edium

effundunt, creduli mortis Angelum gladium quo τὸν μακαρίτην occidit ea statim abluisse.

CAP. IV.

Rex coram Sacerdote stat, Moses Librum legis describit, Deus Mosi peccata exprobrat, peccatorum signa in facie, delentur lachrymis, cæli animati omnia viuunt, sentiunt, loquuntur.

IOSVAM tanquam Regem nobis exhibet, omniaque penè quæ de illo adducit, à Iure Regio Iudæorum habet. Exemplum hoc loco notabis. Postulat à Deo Moses, vt filios dignitatis suæ hare-

des saltem fratrem Aaronem, vel aliquem de familia relinquat. Oranti hoc denegat Deus, repulsa tamen solatium honorem Eleazaro exhibendum laudat. *Ille, inquit, qui Israhel dux erit, ad Eleazari portam stabit. Sicut scribitur, ante Eleazarum Sacerdotem stabas.* Verum est Regem coram Sacerdote stetisse, sed ita demum cum oraculum Vrim consuleret, alias ubique & semper Rex sedebat, Pontifices stabant citra illam solum exceptionem. Maymonid. Halac. de Regib. & bellis eorum. Cap. 2. primo de honore Regibus debito differuit, ac postquam omnes etiam Prophetas coram illo stetisse docuit, אכל כהן הגדול אינו בא לפני המלך אם לא רצה ואינו עומד לפני אלא המלך עומד לפני כהן גדול שנ' ולפני אלעזר הכהן יעמד אלע"פ כן מצוה ע"ל כהן

הנדול לכבוד את המלך ולהשיבו ולעמד
 מפניו כשיבא לו ולהלך יעמד המלך לפניו
 אלה כשישאר לו במשפט האורים.

*Tamen Sacerdos magnus ad Regem
 nisi pro libito non ibat, neque coram
 eo stabat, imò Rex coram eo stare de-
 buit, sicut scriptum est, & ante Elea-
 zarum stabit. Nihilominus tamen minus
 Pontifex quoque mandatum habet de
 honorando Rege, cuius faciem ante sta-
 bit. Rex autem non stabit, nisi quando
 consulat Iudicium Vrim. Aliud Iuris
 item Regij exemplum ibidem
 subiicit, cum ait Mosen legis li-
 bros descripsisse, etenim Rex bina
 legis exemplaria describere tene-
 batur. Ex præcepto Deuteron.
 Cap. 17. Et fiat cum sederit super
 Thronum Regni sui, ut scribat sibi
 duplum legis huius à libro qui coram
 Sacerdotibus Leuitis, eum habeat se-
 cum, legatque cunctis diebus vite sue.*

Quod cautè seruatum docebit
 Sichardus libro de Iur. Regio. Vir
 doctissimus & cui inter paucos
 multum hæ litteræ debent. In
 MS. quo loco Deus Mosi pecca-
 ta Numero sex obiicit Iudeaster
 quispiam ad libri oram notaue-
 rat. ראה אותם הקכה במצחו של משה
 id est, *Ea Deus in facie Mosi vide-
 bat.* Obtrudit vanissimam popu-
 larium suorum opinionem qua
 sibi persuadent, peccata in facie
 descripta quibusdam signis esse,
 quæ non nisi penitentia ac lachry-
 mis deleantur. Principium breue
 Sapientiæ liber sic dictus. Cap. de
 Timore. העובר אל דברי התורה רוח
 רעה שורה עליו ורושמה נכר במצחו
 בורחים מפנים ותחתונים ומה תקנתו
 יבכר ויעביר הרמעות אל פניו ועל מצחו
 שבו נכתבו העונות עד שיעביר הרושם.
Saper legis transgressorem spiritus

malus descendit, eiusque signum in fronte noscitur, inde ab eo fugiunt superi, inferique omnes, itaque flere debet, lachrimisque faciem ac frontem in quo peccata eius descripta sunt abluere, donec hoc signum debeat. Et

Cap. de Pœnitentia ראו שיבכר

ויתאכל ויבוש מחטאתיו ועל ידי הדמעה

מתבטלים קטגוריו ולכן ראו להעביר

הדמעה על מצחו ועל פניו ששם נרשמים

העונות. Oportet flere luctuque ac pu-

dore prosequi, propter lachrymas

namque accusatores nostri desinunt,

ideoque illis faciem rigare decet, quia

in ea signata sunt peccata. Ab illis

signis ἀὐτῶν σφραγίδες deorum

quas animis Sacerdotum Numina

ipfa inculpebant, quarum exem-

plaria in corpore etiam accipie-

bant initiandi, vel ut Prudentius

loquitur: Sacrandi.

Quid quod sacrandus accipit spha-

gitidas.

Sic nequiter imitari voluerunt
 Sacramenta nostra, in quibus si-
 gnum visibile inuisibilis gratiæ
 verè animaduertimus: sed hæc in
 libris Chald. Theolog. Cælos, mox,
 stellas, maria, montes totum de-
 nique, vt ipsi vocant מַעֲשֵׂה
 בְּרָאשִׁית vel Mosis mortem lugere,
 vel lugenti respondere fingit.
 Breuiter ita *σὺλλογίζονται*. Deus qui
 ipsa vita est, nihil expers vitæ crea-
 uit, itaque omnia viuunt, sed suo
 modo, omnia etiam sentiunt, at-
 que auctorem suum laudant, seq;
 norunt. De vita illi qui τὸ *esse* & τὸ
vinere conuerti volunt, dubitare
 non possunt. Hi enim hanc pro-
 positionem docent. *Omne quod est,
 uiuit, & omne quod uiuit, est.* De
 sensu rerum nuper edito libro, al-
 teram istius sententiæ partem
 Campanella confirmauit, quo
 omnia

omnia sensu proprio prædita ostendit. Quantum ad laudes pertinet de cœlis totóque mundo cœlesti apud eos nullum dubium, quia volunt hæc omnia esse anima prædita, ab illis impostor hausit Surat: אלמאידה וחו אלרי חלק אלליל ואלנהאר ואלשמש ואלקמר כל פי *Qui creavit noctem, diem, solem, lunam, omnia in cœlo Deum laudant.* Huc multa Davidica detorquent, imò & eò Infantiæ venerunt, vt singulis certas horas cantici ac laudum concederent, quas in Magico *ωχθυμπερ* Pseudo-Apollonij Thyanei olim edidimus. Quod totum ex Iudæorum libris descriptum est. Et verò liceat illis circa cœlestes orbes insanire, sed ultra progrediuntur, nam & animantibus peculiarem pariter loquelam tribuunt, quam

certis se modis adipisci posse gloriantur. Nec animantibus modò, quibus illi qui rationem tribuunt, vt nuper Campanella, non est quod sermonem denegent, etenim qui ἐπιφροσύνην λόγων concedunt, cur ἀεφροσύνην tollerent. Verùm & arboribus, lapidibus dederunt, quod omnibus populis video vulgo persuasum, quando apud omnes eius sententiæ exempla inspicere facile est. Apud Hebræos. Iochanam Zachæi filius intelligit שיחת מלאכי השרת שיחת השדי colloquia bonorum & malorum Angelorum, Thalmud. bau. bath. in succ. in historia Hierosolimitana Iudæus Dæmonum urbem ingreditur, linguamque ac mores discit. De cælis, sole ac luna libentissimè illi credunt, qui eorum dicta memorant, vt illud lunæ mundi

initio, quando Numinis prouidentiam arguebat אין שני מלכו' משתמשי' בכתר אחר De animalibus Afina Balaam loquitur, si miraculum obiicis, in Sepher haiafchar lupus Iacobum consolatur pag. 18. editionis Venetæ. In breschit Rabba pag. 33. edit. cum Commentariis Venet. המים היו אומרי' id est, *Aquæ inuicem loquebantur.* Ipsæ denique litteræ in eodem lib. in Thalm. præcipuè in lib. אוחות litteræ R. Akiba. Omnia denique quæ כל' ente comprehenduntur, loqui non fingunt, sed putant. Apud Græcos pariter *Achillis equi* Homer. *Vermes* in Melampodis historia apud Eustathi. Apud Indos *Elephas*, Plutarch. In Indo. *arbores* Philostrat. in Apoll. Thyan. Inuasit ipsum Septentrionem hæc demêtia Saxo

Grammat. in historia Torkildi.
 Quæ discutiemus in libris Chald.
 Theol. Sapientum verò alij ad ἰδύ-
 μωρον cuiusq; creatæ rei Angelum
 referebant, alij ad naturalé singu-
 lísq; inditum characterem ἡ ὁσίας
 designatiuum, ita loqui liceat,
 multi ad triplicem לילגול anima-
 rum in omnia corpora confu-
 giunt. Plures ad לשם קרד. Cæteri
 postquam εἶεν καὶ Φιλίαν omnium
 eorum quæ sunt, probauerunt, in
 istius fuga illius desiderio τὸ ζῆν
 καὶ τὸ εἰδέναι uiuere, & cognoscere
 concludunt. Cognitionem positã,
 tum demum in proprijs speciebus
 absoluunt, quas bene λόγον dixeris,
 cùm aut noxia oderunt, aut pro-
 pria consecantur inter se, secum,
 & ad eiusdem naturæ, has spe-
 cies qui intellexerit omnium quo-
 que linguas intelliget. Vt autem

separatarum formarum λόγος sine sono dicitur, etiam ἐπάλληλος, cum superior inferiorem illustrat, ut cum D. Thoma, & nostris Theologis loquar. Ita hic ἐπάλληλος est, ἐν μίση, in odio αγή, sine sono, sed per proprium sensum, propriasq; species.

CAP. V.

*Euctus, rupta vestes, Demones
ex igne, Aza & Azael,
Aroth & Maroth, particu-
la coccinea, & Γόκονται in stellis
Angeli.*

MOSEs moriturus Iosue
matrem commendat, ut-
que in funere eius vestes rumpat,
feretrum precedat ac νομιζόμενα δὲ

& φ̄ns diligenter curet, ab eo pe-
 tit. Moris origo à Iacobo qui au-
 dita Iosephi morte primus vesti-
 menta rupit, quod imitati reliqui
 omnes, sed certo ritu, nam stantes
 non sedentes rumpere oportuit,
 deinde ab anteriori parte, solus
 Pontifex infernè lacerabat, men-
 sura rupturæ palmus fuit. Atque
 hæc in funeribus amicorum aut
 consanguineorum, nam in Paren-
 tum morte pectus nudabant, ve-
 stibus, sudario, interula laceratis,
 imò & si recentes induerent, eas
 quoque toto septiduo lacerabant,
 adeo vt exerto brachio, nudisque
 humeris funus comitarentur. To-
 tum ritum docent Thalmudistæ
 Halac. אבל. Cap. 8. ואין קרועה אלני
 מעומד שׁנ ויקם המלך ויקרע את בגדיו ואם
 שכח וקרע מושב חזור וקרע מעומד
 ומהיכן קרע מלפניו והקרע מאחריו או מן

מי גא

הצדדין לאו מלמטה לא יצא מידי חובר
 קריעה אלא כהן גדול שהוא פורם מלמטה
 במה שיעור הקרע טפה ואין צריך להבדיל
 שפרו הבגד ומותר לן קרוע בכלי ואינו
 חייב לקרוע אלא בגד העליון בלבד ואם בא
 להחליף מחליף ואינו קורע קרע אחד כדא
 בשאר המתים חוץ מאביו ואמו עמהן קורע
 עד שמגלגלה את לבי ומבדיל שפרו הבגד
 ואינו קורע בכלי אלא בידו מבחוץ מפני כל
 העם וקורע כר הבגדים שעליו ובגד
 הזועה הרבוק לבשרו אינו מעכב ואם החליף
 בגד אחר חייב לקרוע כל זימית ועליוהם
 חולץ כתיפו ומוציא זרועו מן החלוק עד
 שיתגלה כתיפו וזרועו והולך כך לפני המטה.
id est, Stantes tantum lacerant, sicut
scribitur, Surrexit Rex & rupit ve-
stimenta sua, quod si aliquis sedens
laceravit, nihil egit, sed iterum stando
lacerare debet. Verum & antierius
rumpere tenentur, qui verò aut po-
steriora aut latera, aut inferius la-
cerat, iterum tenetur exceptio solo

Pontifice qui internè lacerat. Ruptura mensura palmus est, neque simbria excluditur, licet & instrumento rumpere, neque quisquam obligatur, nisi ad rupturam superioris tunicae, quod si vestes mutauerit, iterum non rumpeat, quæ de alijs mortuis præter Patrem & Matrem intelligenda sunt, in eorum enim funere ita lacerant, ut pectus nudent, etiam simbriam, nec instrumento, sed manu rumpunt ad extra, in conspectu totius populi, laceratque vestes uniuersas etiam interuallam carni adhaerentem, quod si vestes mutet, illas quoque tenetur rumpere toto septiduo, ita ut exerto brachio nudisque humeris fere trum præcedat. Deus cum Samaeli nequitiam exprobrat, & timorem quem ex Mosis facie conceperat. Scelerate, inquit, tu ex igne Gehennæ creatus es, &c. Chaldaeorum opinio de

Dæmonibus Meir Aldabi semit.
 כי היתה יצירה (שדי) משתי יסודות .
 9. משתי יסודות . ר' מן האש והאוויר .
Dæmones duobus
elementis igne & aëre constant. Idem
 in Abraham Iaphe scholiaſte תר
 bresch. Rab. & nos plura ad
 hiſtor. Hieroſolymit. A Iudæis
 acceptas nugas Arabibus ſuis per-
 ſuaſit Impoſtor Surat. י. אדא קאל
 רבך ללמלאיכה אני חאלק בשרא מן טין
 ואדא נפחת פיה רוחי פקעוא לו שאגורין
 פשגד אלמלאיכה כלהם אנמעון אלא אבלש
 אשתכבר וכאן מן אלכאפירין קאל אבלש
 מן מנעך אן תשגד מא חלקת בירי
 אשתכברת אן כאגרת מן אלעאלין אנא
 חיר מנה חלקחני מן נאר וחלקתה מן טין
 ait, *Deum reuelasse Angelis hominis*
de limo creationem, ac statim quam
spiritum insufflauit omnes Angelos
præter Diabolum hominem adorasse
 (הראשון ſcilicet cœleſtem, de quo
 in Zohar Cabaliſtæ) *Deum autem*

Diabolum interrogasse cur opus manuum suarum adorare recusaret, quia inquit . ego illo prestantior sum, tu enim cum ex limo me verò ex igne creasti. Colloquium spirituale Achmad & Sinan. אלמלאינה אנקלכומ. אלי צורת אלשיטאן לאנהם חאלפוא לאמר: אללה אדא אמרתה אלשגור לאדם: *Angeli deuolui sunt in Sathanae formam, quia Dei mandatum Adorandi Adamum recusauerunt, quæ de Aza & Azael subiicit, qui viam suam corruperunt, idem penè de Aroth & Maroth Angelis Muhammedani, de quibus dicemus ad Theologiam Abdallæ. Midras Ruth apud Menahem Markanti ad Breschit, עזא ועזאל תרין מלאכין הוו דקטרו למריהון ואפיל לון קודשה בריך הוא מאתר קדושתהון מעילא וכר נחתו אנלימו באורא &c. Aza & Azael Deum accusarunt, at ille eos precipi-*

pauit, ipsi autem aëre obuoluti homi-
 num opera fecerunt. Hi sunt quos
 γρηγόριος Græci dixerunt, & quos
 in γρηγορίας, ἐλισδ, ιαφελιμ, distin-
 guunt, vt ex Georgio Monacho
 pridem obseruauit Maximus Eu-
 sebiani Chronici restitutor. Sicut
 & Chaldæi lapsos in tres pariter
 diuidunt, vt ostendimus lib.
 Chaldaic. Theolog. in loco Esaiaë,
 quem adfert: *Si peccata tua rubra
 fuerint, sicut nix albescent.* Turba
 interpretum ἀρασκοπιλὸν ἔχ. Eru-
 ditissimus Buxtorfius Rem vidit
 & docuit. Notissima est fors ex
 Leuit. 16. quæ manui dextræ ob-
 ueniebat, & Hirco ad dextram
 posito qui Domino sacer erat, im-
 ponebatur, alteram quæ læuæ fuit
 Hirco Azazel imponi solitam
 nemo nescit, inter cornua illius
 Hirci emissi, & ad ianuam porti-

cus templi ponebatur particula
 coccinea, quæ si post Hircum
 missum albesceret, summum in
 populo gaudium fuit, qui hoc
 remissionis peccatorum signum
 arbitrabatur, ad hoc alludit Pro-
 pheta: *Si peccata tua rubra fuerint
 sicut coccinum, sicut nix albescant*, at-
 que hoc miraculum cessasse qua-
 draginta ante Templi excidium
 annis Thalmudistæ scribunt in
 Ioma תני רבנן ארבעים שנה קודם חורבן
 הבית לא היה גורל עולה בימין ולא היתה
 לשון של והירות מלבין ולא היה נר מערבי
 דולק והיו דלתות הבית נפתחות מאליהן
*Quadragesima annis ante destructio-
 nem Templi, non ascendit amplius fors
 in manum dexteram, neque amplius
 particula coccinea albescerebat, neque
 lucerna vespertina ardebat, & fue-
 runt Templi portæ sponte sua aperta.*
Cæterum Angelos ἄγγελοι in

stellis, disces ex Theologia Muhammedana & Sarracenicis Sylburgij Græcè editis, nos alibi plena manu.

CAP. VI.

Prouerbiū Hebraicū, Centies mori, quam semel inuidere, 903. mortes, mors osculi, sacrificium animarum vinum ab initio mūdi, & in fine, Terra Israelis Priuilegia, בילגור corporum siue reuolutio. Resurrectio ex osse luז.

מאח מותין חדא קנאתא. *Potius mori quam inuidere.* Prouerbiū Hebraicū ad verbum, *Centum mortes & non una inuidia.* Neque fru-

ſtra מאה מותין *Centum mortes* dixit
 ſic in Prima *αἰαλιφ* ait Moſen
 multas *mortes* vidiffe, nullamque
 illi placuiſſe חוה ולא הרבה וזה
 ſcilicet, nonagena & tria mortis
 genera eſſe ſcribunt, quorum pla-
 cidiffima ſit mors oſculi, qua mor-
 tuus eſt Moſes, ſeuiffima verò
 Angina תניא נמי הכי ה'תק"ג מיני מיתא
 נבראו בעולם שנ' למות תוצאות תוצאות
 בנימט' הכי הו' קשה בכלם אסכרא ניחא
 שבבלם נשיקא אסכרא דמי' כחזרא אנבנא
 דעמרא דלא דלאהורי נשרא אד' כפיטורי
 בפי וישט נשיקא דמיא כשחר' בניתא
 . id eſt, 903. *mortes ſunt*, ſicut
 ex verſu תוצאות למות patet vbi vox
 תוצאות hunc numerum reddit, ſeuif-
 ſima omnium eſt Angina, placidiſſi-
 ma verò mors oſculi. Angina ſimilis
 eſt funi, vel Rudenti per foramen vi-
 tranſeunti. At mors oſculi ut ſi quis
 è lacte capillum tollat. חורא Babylo-

nice herbæ species nostris est,
 סירן id est, *spinas*, interpretatur
Raschi. פישורי putat חבלים *funes*
 הנקב במדת הנקב *pro modo forami-*
nis crassos, ita vt vi per illud transf-
 eant כפי ושט scilicet, כפי שהיא,
 ושט כפי ושט *locus laudabilis*, quem
 non omisit ex ברכות. *Thalmud*.
R. Chauif. Cæterum de morte of-
 culi multa olim in libris Chaldaï-
 cæ Theologiæ. Nimirum apud
 eos nimia cælestium cogitatione
 σωματική δύναμις *corporis vires lan-*
guent, soluuntur, tandem lique-
 fiunt cum corpore, cuius Reli-
 quias aut Manna sicut Ioannes
 olim Ephesi in sepulchro suo, aut
 Niuem sicut Enoch, in Sepher
 Aiaschar posteris relinquunt.
Hæc illa mors est Sanctorum quam
preiosam in conspectu Domini vo-
cans. De qua nuper multa disserui-

mus cum amplissimo ac doctissimo viro D. de la Berchere cūn-
 quæretet à nobis, de modo quo Rationales animæ per Archange-
 lum Deo sacrificantur, an sit per separationem animæ à corpore,
 vel corporis ab anima. Sicut enim inferior Sacerdos irracionales ani-
 mas, ita superior rationales sacrifi-
 cat Deo. Quæ omnia non igno-
 ravit ὁ πάλυ Picus, de quo verè
 illud vsurpare soleo οἷος πικέρις ἀφ' αἵ-
 ῶν αἰσῶσσι. Penè omiseram
 quo loco Eden delitias describit,
 גרוֹן אֶדֶן אֶרֶב *guitur tuum rigabo*, Iu-
 dæi manu ad marginem notatum
 מִן יַיִן הַמְשׁוּמֵר בְּמִבְּ
initio seruatō. Vzielides cum ἡ ἀρχὴ
 φεῶς *cibum quem Iacob Isaacō*
 דָּאָכַר וְלֹא הוּרָה לִיה חֲמֵרָא גְבִיָּה
 דְּאֶרְמֵן לִיה מִלְּאֲבָנָא וְאֵייתִיה מִן חֲמֵרָא
 דְּאֶצְטֵנֶע בְּעֵנְכוֹן מִן יִזְמִי שִׁירֵי עֵלְמִיָּא
 וְיִהְיֶה

ויהי כן ביד יעקב ויעקב אמשי ליה לאבו
 Et manducauit, sed vino care-
 bat, quod attulit illi Angelus ex uuis
 ab initio creationis mundi. Me-
 minit istius vini Onicrocriti-
 cum Iudaicum R. Hai הרוא ענבי
 לבנות בין בעתן בין שלא בעתן יפות שחרות
 בעתן יפות שלא בעתן רעות וצרכי החמי
 אוכלן אוכלן מוכסח לו שהוא בן עולם
 הבא מיד שהוא גרמו ליון המשומר בענבו
 Qui uuas albas in
 somnio vidit, siue tempestiuas seu in-
 tempestiuas, bonum illi signum est. Si
 uerò nigras vidit si in tempore suo,
 bene est, sin minus, malè. Qui mandu-
 cauerit, vitam æternam possidebit,
 Quia indicant vinum seruatum in
 uuis à creatione mundi. Sic intel-
 liges quod ad hanc Iudaicam al-
 ludendo sententiam dixit Chri-
 stus Dominus: Non bibam de geni-
 mine uuis donec bibam in Regno Pa-

tris mei. Dicemus latè libro de ritib.
 Iudaic. Nou. Testam. Vtq; Isaaco
 vinum, & aquam Iacobo Cabali-
 stæ tribuant. Quærunt Iudæi quid
 tantopere Moses terram Israëlis
 videre voluerit, postquam multa
 de eius laudibus memorarunt,
 multi solos eos qui in hac terra se-
 pulti sunt resurrecturos opinan-
 tur, inde גילגול siue reuolutionem
 corporum somniant, *Quæ per sub-
 terraneas cauernas. In hanc deuoluta
 regionem ibi demum vitam recipiunt.*
 ומתגלגלים חנופות מתחת העפר בגלגול עד
 אן ושם יקבלו רוחותם מפני שהיא ארץ
 קדושה וטהורה. ait R. Mekir in li-
